Pascha est privilegiata, qua die non obser-
vatur nec observari debet interdum: ergo eo
die observari debet hoc preceptum: cessante e-
nim causa prohibente, cessari non potest
effusum qui pascha est obligatorius: ergo gene-
raliter habet pro eo tempore obligatio adim-
plendi hoc preceptum et non specialiter perso-
naliter interdum, vel qui non delectant causa

intelligendo, de quibus dicitur et n. 16. quid illi,
 eo tempore intresset quoad partem obligationis.
 Colligitur ex dicti loco cit. de con. n. 46. ubi
 dicitur fuit, in festivitibus Pasche, fideles posse
 communicare: ergo ex precepto Ecclesie haerentis.
 et quod reverentia iudice sumitur: ergo sumere
 Eucharistiam, quod ut dicitur est, est preceptum
 tunc magis obligatur tempore de necessitate
 salutis. Corolla cit. n. 872. in Navar.
 et Caspove. Torresc. cit. cap. 3. n. 6. contra
 Sylv. Soti, Covarr. et d. Antm. cit. à Corolla
 cit.

Ad minus

- 20 Precipit Ecclesia communionem Paschalem,
 quasi dicat, salutari et iudicis est huc sacra
 Eucharistia per totum annum sumenda, sed nul-
 lus est qui transcat tempus Pasche sine hac re-
 sedione, sub poenitentia contentis, que cum gravi
 sint supponunt peccatum mortale contra ven-
 diti à transgressoribus sumi ordinationis: Unde
 qui à primo die Pasche vel assignato no-
 mine Pasche supra n. 2. ad summum diem as-
 signati iuxta consuetudinem patrie, non comu-
 nicabit peccabit mortaliter.
- 21 Difficultatur, an transacto hoc tempore

Tertium Ecclesie Præceptionem

perseverat hæc obligatio communicationis, ita
 ut fiat aliud peccatum mortale dum post Pas-
 cha non communicat qui non communicavit
 in Pascha. Non peccare prent Lysp. ver.
Eucha 7. q. 12. §. Tertium, in præm. Ita
 in 4. dist. 18. art. 4. §. in his assenti. cū
 D. Anthoni. Tley lib. 6. cap. 18. §. Admō cū
 Tabiera, et M... alijque sunt cit. a Diana
 pag. 3. 17. 4. 2501. 41. Sā cit. n. 7. Peccata
 tamen saltem magis probabiliter tenent Dia-
 na cit. cū multis quos citat. In quibus hic
 cap. 6. n. 2. ut Navar. suar. Arx, Padu.
 et Major. Torrecil. hic cap. 3. n. 7. et tom.
 de Propos. propit. §. n. 258. pag. 181. ubi
 tenet 48. n. 3. consulto 9. difficul. 5. pag.
 179. qui n. 40. tenet non esse peccatum o-
 pinationem cardenath prædicta §. 5. propos. et
 sequitur Covella tom. præd. pag. 181. n.
 258. qui hanc opinionem tenet ibidem, et tom.
 3. Confes. pag. 142. a n. 85. quos sequi
 quia quibusq. q. Ad minus restringat tam
 p. Dyche et simpliciter quoad obligationem mortis
 ad ne transgrediamur tibi terminum; non tamen
 restringit et simpliciter obligationem sumendi Eucha-
 ristiam pro illo anno: sic explicatur a cit. Audo-
 ribus, et demonstrat verba subsequentiæ textus.

Communio in Pascha

61

neque, nisi iuxta de proprii sacerdotij concilio.
 dixerit abstinendum: si etiam Parochus potest di-
 scere, et pro Pascha facere abstinere a comuni-
 one, certi esse debet, quod obligatio communicandi
 non finitur in Pascha, sed ultra differtur, sive ex
 concilio Parochi, quemodo abstinere non pec-
 cabit contra preceptum; sive ex propria necessita-
 te, que quoque excusabit; sive ex propria ma-
 licia, quemodo mortaliter delinquet; et semper
 manent ad obligationem adimplendi, sive religione
 ordinato a Parrocho, si esset primus casus; vel qua-
 primum potuerit communicandi, si esset secundus,
 vel tertius casus, saltem quod non possit differre
 ad complementum anni sine Communionem. Nec
 valet argumentum contrarium de annua Confu-
 sione, que eo tractato non obligat, ut dictum est
 in ordinar. 2.º precepti, n. 14. in fine, modo quo
 dicitur de non jejuniante in die jejunii, vel no-
 scitante horas canonicas, que sunt onera diei,
 quo tractato cessat obligatio, dicente jure in
 cap. sicut, 22. de Sprial. X. Nisi jrosan, ch. 1.
 Si fidijussor, §. Ultimo, ff. Mandati. Non inquit
 valet; quia in nostro casu, ut dictum est, non cessat
 tempus obligationis in Pascha, sicut non cessat obli-
 gatio solvendi pecuniam qui in Pascha obligabatur,

Tertium Ecclesie Præceptum

sed completur tempus peccandi et sustinendi poenæ,
sicut lay sustinere debet qui non peccat in Pascha
si poenæ sint impostæ: in prædictis autē de sus-
tensione annuâ, jejuniis diuinis, et recitatione
dierum, transit tempus obligationis, ut transeat an-
nuus, et præceptum sit confiteri in anno; transeat
vigilia, et præceptum sit jejunare in tali vigilia;
et transeat dies, et præceptum sit in eo die recita-
re clericis, ita ut alio anno adsit præceptum con-
fiteri, alia vigilia præceptum jejunandi, et alio
die, præceptum recitandi.

2^a hinc ante Pascha, id est antequam intret in
toto illo tempore quod intelligitur nomine Pasche,
supra n. 2. videt se communicare non posse pro
Pascha vel toto illo tempore assignato, non est obli-
gatus præuenire hanc sacramentum. bene
vero si id fecerit ea consideratio impossibilitatis sub-
sequende, habita intra illud tempus assignatum.

Primum assimilatur ei qui ante festum videt se
infesto non posse audire: ^{scilicet} qui non est obli-
gatus præuenire eam audire: et secundum assi-
milatur ei qui in die festo pro crimine videt se
in eo die non posse audire: si non se præ-
uenit, qui obligatur se præuenire. Ratio vtrius-
que est, quia nemo obligatur adimplere præceptum,

Quoniam sub eo, non continetur. Sed in p. capitulo
 aliquo sub precepto, bene vero in 2.º: ex off.
 Diana par. 4. h. 4. res. 4. 2. Tom. 1. et in
 8. et seqq. Jgund. cit. n. 3. Corda cit. h. 9.
 in n. 19. et Authores ab huj. citati. Con. A. 202,
 Alij et alios.

23 Qui preceperit se cum peccato commu-
 nionem, si postea intra tempus peccati se vide-
 rit non impedire, non tenetur in eo tempore a-
 dimplere preceptum, insequendo opinionem contra-
 riam quam p. h. p. tenent; quia per peccata
 non satisficit in ea opinione; sed sub p. h. p.
 capto, non opus est de novo satisficere. Diana
 cit. h. Sed si, c. d. h. 2.º. Sed in na-
 ra opinione stante, qui preceperit, debet
 in tempore assignato de nova communi-
 catione, qui preceperit jeiunium Pasche, venie-
 re Pasche debet de nova jeiunio; quia
 pro hinc instaurat preceptum, et debet adim-
 plere. Corda cit. n. 183. et Viscati. In-
 jo. Leon. et Audro.

Alioquin et vivas ab ingressu h.
 24 in d. d. d. in 2.º. c. d. h. 2.º. n. 42.
 ubi tenet et explicatio ubi pro poenit. pro trans-
 gressoribus precepti confessionis, dicitur,

Textum Ecclesie Preceptum
valent pro eisdem transgressoribus precepti ed-
muntionis in Pascha: non pro istis. et idem
textus potest imponitur. De quo Innocentius III.
cap. III. non est in suaver, et Leonardo. Felice.
II. 2. cap. 3. n. 71. et 72. qui tenent nullum
esse poenam impositam contra transgressores hoc
precepti Communionis, sicut et Confessionis ipso
facto incurrendam, iuxta in jure communi: ve-
re esse aliquam poenam in quibus subrogatur
excommunicationis ipso facto contra eosdem; et ibi te-
nent incurrare qui fidei confessionem, vel in
lethali communiant. quia de eis dicitur et non
adimplere preceptum, sed excommunicationis factum
contra non adimplere preceptum ergo III. sed
quoque est verum, ipsos publicari non possunt
et denunciari: quia cum sit quid interius
non potest in iudicio externo publicari, quod
potest publicari excommunicationis; sicut potest
incurrisse poenam huius textus, cum sint iuxta
de per sententiam. Quia autem in quibus
parvitas ad pubertatem, licet poenam non
excommunicationis, si habent in discretione, non
tamen incurrit poenam, quia Eccl-
sia non solum in curia iuxta. Inquit. cit. cap.
7. n. 15. Tenet. cit. 8. 9. et dicit esse communi.

SUMARIUM

Summarium Tertij Præcepti
 Summarium Tertij Præcepti
 de tertio
 præcepto communionis
 in Pascha.

In eodem cap. Omnis utriusque sexus, 12. de
 Eucharistia. et xxi. in quo præcepit Innoc. iij.
 omnibus fidelibus ratione utentibus communem
 confessionem, tamquam præparare eisdem com-
 muni Sacramentis Eucharistia in Pascha: quod
 confirmavit Conc. Trid. ses. 13. can. 5. anate-
 matizando negantes hoc præceptum obligare om-
 nes et singulos Christi fideles utriusque sexus.
 numero 1.

Tertium Papa præcepit hoc in anno esse
 communicandum. Sicut Papa, ut fiat in die
 eorum. Et Apostoli, quidam. Sed nunc, in Pas-
 cha. Idem.

Quidam dixerunt nomine Pasche intelligi
 festum resurrectionis dominicæ cum duobus sub-
 sequentibus: alij, per octo dies antecedentes et
 subsequentes talis dominicæ diem: et in nos-
 tra Majorica, à die cinerum usque ad festum Pen-
 tecostæ. n. 2.

Hæc sumptio Sacramenti debet fieri in Pascha,

In marium Tertij Præcepti
vel in Cathedrali, et tunc debet Parrocho offer-
di Scheda . n. 3. Vel in alia Ecclesia, de
licentia tamen Parrochi, vel et de eius manu.
n. 4. Sine licentia non possunt Regulares
hanc communionem in suis Ecclesijs administrare,
sub reservata excommunicatione . n. 5. In quo-
rum privilegij semper sunt reservata hæc
Paschalis communicatio . n. 6. Adimplet præcep-
tum licet communicandi in Ecclesijs Regularium
non, si à suo Parrocho habeat licentiam com-
municandi sibi voluerit: et sufficere præscriptam
talem licentiam, quod non prædicatum est.
Idem dic in casu quo Parochus nollet adminis-
trare tale Sacramentum, absque justa causa, et
precipue si denegaret quia confessor est contra
Regulam . n. 7. Idem si sit communicandus
Peregrinus vel Vagantundus . n. 8.

In die Pasche possunt Regulares commu-
nicare illos qui jam adimpleverunt præcep-
tum hoc, vel omnino habent potestatem ad-
implexe, antequam prædictis tempore . n. 10. Qui
communicat in Civitate, in qualibet Ecclesia
vel oratorio potest communicare in die Pasche,
dum ea communicatione non intendat satisfacere præ-
cepto . n. 11. Possunt Regulares communicare
suis commonyales, et isti adimplere præceptum . n. 12.

Per gl'i Reverentis intelligitur textus Sancti, p*ro*hibens
 et interdicens: quo sequitur non adimplere pre-
 ceptum qui sacrilegè communicat: et opponit
 et condemnat ab Innoc. x*i*. p*ro*ne 55. Est
 hoc preceptum Decretalicum, sed modificatum
 precepti divini de sacra communione. n. 13.
 Nec adimplere hoc preceptum communicantem
 excommunicatum vel interdictum. n. 14.

Per gl'i Succiptionis intelligitur omnis qui
 pervenit ad votum discretorium, qui scilicet obli-
 gatur ad annuale confessionem: ergo omnis
 qui ad confessionem obligatur, obligatur ad com-
 munionem. Negatur, quia p*ro*visi obligantur iux-
 ta arbitrium Confessorij. n. 15.

Excommunicati et Interdicti tenentur procu-
 rare absolutiorem et hoc preceptum adimplere,
 et idè dicit de adimplendo precepto Confessionis.
 n. 16.

Non obligantur impediti. Vide n. 17. Nec
 obligantur sacerdotes celebrantes. bene vero
 non celebrantes. n. 18. Nec obligantur fideles
 tempore interdicti. n. 19.

Per gl'i Ad minus intelligitur communio-
 nem Paschalem non esse differendam post tempus
 Pasche; sub peccato mortali. n. 20. Nec tenentur

Summarium Tertij Præcepti

Obligatio cū transitu Pasche, ita ut peccabit ma-
litas qui in Pascha non communicabit; si postea
non communicat. n. 21. Antè tempus assigna-
tū pro adimplendo hoc præcepto, qui videt
impediri pro eo tempore, non est obligatus
prevenire communionem pro tali adimplitione.
Bene vero si videt impedimentū, et jam sit
intra tale tempus. n. 22. Bene prevenit an-
tequā intret in tempore assignato, in tem-
pore dicto perventū, debet itandū communica-
re, et adimplere præceptum. n. 23.

Per se Alioquin et viveri ab ingressu
intelliguntur poenæ fulminatæ in textu contra
non communicantes in Pascha: et nulla est in
jure communi ipso facto incurrenda; bene vero
in aliquibus Diocesi-bus; quæ incurruntur à
fidei confitentibus, et sacrilegè communicantibus
licet publicare excommunicatos non possint.
Et quædam quæsi nondū pubesci, si vñ rationem
habent, peccent non adimplendo hoc præceptum
non tamen incurvant hæc prædicta poenæ.
n. 24.

69

Enodatio 4. de quarto præcepto Ecclesie. diebus taxatis ab Ecclesia jejunandi.

1. Jejunium triplex est quod præcipitur
ab Ecclesia: aliud est quadragesimale, quod
præcipitur in cap. Non liceat, 2. et cap. Non
oppoite, 3. distinet cap. Quadragesima,
16. dist. 9. de Convenc. ubi dicitur = Quadragesima
in una observantia est observanda,
ut jejuni in ea septem dies dominicos, qui
de abstinentia subtrahi sunt, nisi quom
jejunia impediant, nullatenus solvantur
quia ipsi dies decem sunt anni = Aliud est
quatuor temporum anni, in dist. 6. per 118.
præcipue, in cap. Statuimus, 4. ubi dicitur =
Statuimus, ut jejunia quatuor temporum hoc ordi-
ne celebrentur: primum in initio quadragesime;
secundum in Octava Pentecostes, tertiū vero
in Septembri; quartū in decembris mense sol-
to fiat = Aliud vigiliatum, in cap. Consilium,

Quarantum Ecclesie Præceptum

2. de observ. jejuniorum, ubi dicitur quod
totum vigilia sunt observantur jejunij celebri-
de, præter vigilia Michaelis, Petri, et Ja-
cob, et S. Joannis Baptistæ, et sunt vigi-
lie sancti Martini, Petri Pauli, Jacobi, et Tho-
mæ, Leonis, et Julij, et Romæ, et præter
vigilia Pentecostæ, in cap. Nove, q. dist. vii.
quæ dicitur de. ubi, verbo decesse, quod lo-
quitur textus, recidit consuetudinem, non præceptum.
Vigilia Assumptionis B. V. M., et Assumptionis
Sancti Michaelis, in cap. Ex parte, l. 2.

†
et omni-
um sancto-
rum,
sum,

Jejunia vigilia, autem, laetitia, gratia
et omni-
um sancto-
rum,
sum,
jejunia canonica, sed de consuetudine, que
vim habet legis, et sic dicitur. Filic. vult.
23. cap. 5. de loc. Donac. tom. 2. de præcept.
Eccl. disp. vlt. q. 1. pto 5. n. 3. Sylv. ver.
Jejunia n. 4. Sapientia tom. de præcept. Eccl.
4. præcept. lib. 4. cap. 5. Caetan. ver. Jejunium.
Lorraine, tom. 2. Moral. n. 1. disp. 4. cap. 1.
n. 5. Tollet. lib. 6. cap. 3.

2. Quomodo præcipiebatur jejunare in diebus
Ascensionis Christi, tribus diebus Rogationis ante
Ascensionem Domini, in quatuor, et sexta feria, et
sabbato cuiuslibet die Dominæ, et videri est

in cap. Constit. cit. et alij capitulij dicitur 3.
cit. Nunc autem jejunia non sunt de rite-
tudinem; sicut et multj ex aduerti vigilijs,
que non obseruantur in aliquibus Provincijs,
quia per consuetudinem sunt abolita ea jeju-
nia. Sysu. cit.

3. Quadragesima quippe domini incipit
per 2. post tricia quinquagesimam apud De-
uoc. et dispositione reuer. Constitutionis Papae I.
Thelaphini annatij ad Secundum Quintiduum augusti
et Septem anno domini 1234 et habetur in cap.
Habitacione quod dicitur 4. et terminatur in feria
v. in locum domini quod tollenda sunt de ter-
minatio non esse obseruanda jejunia per v. m.
per et domini in cap. Non scilicet et
Non opponat neque in aliqua parte in cap.
cap. Quod 9. ead. de Sacramentis incipit
in feria 2. post 1. dominica quadragesime
et erat numerus dierum jejunij 36. qui faciunt
decimas ex 36. dies annij et reperitur in
cit. cap. Quadragesima et ut sic darent de de-
bet decimas afflictionij de quod vero de-
licent 4. dies pro complectione et dicuntur
quibus conformarentur et jejunio domini additi
jejunio 4. dies antecedentes et sic incipit qua-

Quantum Ecclesie Preceptionem

De viginti die feris, 4. ante dominicam pas-
cha, et perseverat in hoc numero Ecclesia
quadraginta jejuniis, usq. ad Sabbatum Pas-
chae; qui dies, 40. sunt, de septuaginta diebus
Dominicis, qui jejunia non sunt, nec de-
bent esse, ut habetur in cit. cap. Placuit. et
Quid recessio, et Jejuniorum 14. dist. 3. de
Consecrat. Iniquitatem diei Dominici tam
arcentur ab Ecclesia a jejunio, ut Aedificatio
Ipsa providet quod si viginti jejunianda ve-
rentur in die Dominico, fieret jejunium in
sabbato antecedenti, sic habetur in cit. cap.
in parte 2. Sabbatum capiti Consecrat. 14. dist.

¶ Item etiam fuit preceptum jejunare feria
quarta et sexta, atque Sabbato iniquitatisque
Septimane, ut de Dubio primis habetur in
cap. Jejunia, c. 6. dist. 3. de Consecrat. quia
fuit tertia quarta feria Judaei traditionem
Dni cogitavit. sexta feria crucifixus est Sai-
vator. Et de Sabbato habetur in cap. Sabbatum,
13. ad. dist. 1. ibi dicitur. Sicut sexta feria
cuiusque hebdomadae propter passionem Dni
jejunamus, nullus etiam sabbato restet
huc debemus, in quo traditionem Apostolorum
jejunio non iteramus. Nunc autem con-

Jeiunandi

suctudo dissolvit, pleurē quoad feria 4. et im-
 perfecti quoad feria 6. et Sabbato; in quibus
 non manducantur carnes, quae manducantur
 feria 4. Inde conque^{non}ntia ^{introduca}, qui in
 didi diebus feria 6. et Sabbati, comantur car-
 nes, quod est non observare jejuniū impe-
 ctū, lethalius peccant; quia faciunt contra
 preceptū Ecclesiae in re gravi, et tenent Jugu-
 der cit. cap. 6. n. 4. Sylvester, var. Jejuniis,
 n. 28. et Agor., et esse suspensū de heresi ter-
 net Alceghini, in suo Manuali Aulic. cap.
 22. n. 2. de Jejun. et Regna. Quod tamen
 fieri potest in illi loci, ubi ad est conque^{non}ntia,
 sicut Italia, a die Natalis Dni ad diem Puri-
 ficationis quoad dies sabbati intra tale tempus
 occurrente; in Hispania, ubi comeduntur ca-
 pita pedes ovina jecur pulmones viscera
 intestina animalium; et in Prochia Majori-
 ca, de toto animali. Sed ubicunque intro-
 ducit est didi diebus, qui jejunia non sūt
 comedi^{possunt} ora et alia ladicinia, de quo infra.
 Jugunder cit. n. 4. Et ex privilegio inserto
 in cap. Tropiciari, 3. de Observ. jejun. carnes
 comedi possunt in die Natalis Dni, si venerit
 in die Veneris, nisi sint professi vel votantes.

Quartum Ecclesia Praeceptionem
Dixi posuit, quia Honorius 3. auctor illius
legis, laudat eos qui in eo die voluerint
abstinere.

Ieiunium

4. Quod hic praecipitur observandum in
praedictis diebus praecipit ab Ecclesia, non
est ieiunium sumptum pro abstinentia à pecca-
to, juxta Isaiam 58. v. 6. Nonne magis hoc
est ieiunium quod elegi? Dissolve colligationem
impietatis; et Ecclesiam in hymno S. Abroasti-
gnum capit in quadragesima, Ieiunet et
meus sobria; à tabe peccatorum commine. Nec
est ieiunium vocatum morale, sumptum pro
abstinentia juxta regulam temperantiae. Aliud
quod dicitur non esse sumendum cibum et potum
instar carnis, de quibus dicit Isaias 22. v. 13.
~~non dicitur dicitur et comedere carnes et~~
bibere vinum, comedamus et bibamus, etiam
enim moriemur. ^{Nec} sumendum esse quor-
tum ratio naturalis dicitur, ne sumendum
eat, ad d. Tho. 22. q. 141. art. 6. ubi dicitur =
Temperantia accipit necessitate animi vite, sicut
regula delectabilium quibus vitium, et scilicet ha-
bitus naturae quorundam necessitas animi vite re-
quiritur = et ad 2. dicit = quaedam sunt imp-

limenta sanitatis val bene habitudinis: et hujus
 temperatus nullo modo vitiosus. Hoc enim est
 sal. peccatis contra temperantiam. Non autem
 contra hoc preceptum, sicut et qui frangebat
 jejunium a peccatis; quia hoc preceptum non
 tendit ad violationem jejunij virtutis. Bonac.
 cit. pto 1. D. Tho. cit. q. 147. art. 2. Filiuc.
 cit. cap. 1. n. 6. Tagnud. cit. cap. 1. a n.
 6. et communiter alij.

Sed est jejunium sumptu ^{pro abstinentia} in cibo ultra
 communem regulam temperantiae. Non ab om-
 ni absolute, quia sic non precipitur jeju-
 nium naturale, quod consistit in abstinentia
 a cibo et potu quatuor omnino qualitatum,
 quod precipit Ecclesia pro ratione. Sicut
 Becharithae, et decisum fuit in Conc. Tolat. rela-
 to in cap. Nihil contra, 16. 2. q. 1. ibi =
 Nullus post cibum potumque quolibet omni-
 nino sumptus missus facere: et hoc sub exco-
 municatione: et idem habetur in cap. de par-
 te, 9. de Celest. Miss. Tenet Diana par. 5. tr.
 5. resol. 12. et p. 6. tr. 6. resol. 8. et par. 10. tr.
 16. resol. 48. vide ibi.

6. Precipitur igitur jejunium vocatum Ecclesi-
 asticum sumptus pro abstinentia cibi, non potus;

Quartum Ecclesie Præceptum

unde definitur, Abſtinentia voluntaria à cibo
juxta Ecclesie præscripta, vel conſuetudine intro-
ductum. Dicitur abſtinentia, quia cum dicitur
hæc jejunia à quodam intelluctu vocato jejunium,
vacuo et inanimato, quem ſplm causat privatio cibi,
ideò dicitur abſtinentia. Dicitur voluntaria quia
est ad huc virtutis temperantia, ut dictum est. Dicitur
à cibo, quia distinguitur à jejunio naturali, quod
privat à potu, non autem Ecclesiasticò quod po-
tium ante vel post prandium permittit, quod
cuſq. sit vinum inebriary, cuius rſpſione nemo
peccabit contra hoc jejunium, licet in se sit mortale
le inebriari, de quo vide Jagund. cit. cap. 1. n.
11. et alios. Dicitur juxta Ecclesie præscripta vel
conſuetudine introductum; quia, quò jejunium
sit ecclesiasticò regulari ^{debet} juxta leges
et determinationes ecclesie, vel legitime
conſuetudinis quæ vim legis habet. Iſte au-
tem reducuntur ad tria, nempe ad qua-
litatem cibi, quantitatem, et modum,
de quibus in ſequentibus per ordinem, et
primò de

Qualitate cibi

In jejunio privati; circa quod ten-
dum est, in omni jejunio esse privatum.

carney comedere, ita ut non condonari possint ea comedere et ieiunare, sed qui dispensatus est comedere carnes, dispensatus manet ieiunare, et tenet Toletus cit. 11. §. Altera differentia. Agundez cit. cap. 2. n. 5. Urrum Medina, Corduba, Navar. Enriquez, Azor, Caet. et alij; quia dicit, abstinence a carnibus est de essentia ieiunij, ex dispositione Ecclesie in cap. De usu carum, 11. dist. 2. de Consec. pro trigesimo ieiunio; et pro quadragesimo, est textus in cap. Sabimus, 4. cit. supra, dist. 4. habenturque hec in Concilio Toletano 8. cap. 9. et Secundum cap. 3. et consuetudo generalis sic prescripta videtur, et tenet D. Tho. 2. 2. q. 145. art. 3. Secunda pars. l. 10. q. 2. dist. 45. in fine. Agund. cit. n. 3. Bonac. cit. p. 2. n. 1. et communiter omnes: ieiunium autem sine suo constitutivo essentiali, esse non potest, nec consequenter conseruari sub coemptione carum.

8. Ova quoque et lacticia videntur comedi in ieiunio quadagesimo, in cap. Demique, 6. dist. 4. ubi per constitutionem Joh. Pape, an ad ea sit abstinendum in diebus ieiunij, sicut a carnibus? Respondit Papa

Quartum Ecclesie Præceptum

Par autem est, ut quibus diebus à carnibus animalium abstinereamus; ab omnibus quoque que sementina à carnibus trahunt originem, juremury, à lacte videlicet, caseo, et ovi

Et quia privatio comedendi ea, non est de essentia jejuniij, ut tenet Diana cit. i. lio compari potest comestio carni cum jui-nare. Si tamen sit peccatum vel non, videbitur n. 19.

¶ Sicut aliqui casus in quibus permittitur comedere carnes in diebus jejuniij etiam quadragesimalibus, in quibus jam obligatus est comedendi, cessat ab obligatione jejunandi, juxta dicta n. 7. Ultra illos qui non comedunt carnes ut comedant, sed ut degustent preparatos cibos, sive ut rede coarcent nisi officio; sive ad certificandum Principi cibum paratum esse sine veneno: isti christiani non peccant in hac comestione; peccarent tamen si non jejuniassent, quia illa comestio non impedit jejuniu. Qui quoque absq. illa vel alia causa in die jejuniij comederit carnem in parva materia, que conceditur adesse in comestione carni; sicut conceditur in forto, que sunt præcepta negativa et tenet Diana par. 5. tr. 5. resol. 52. cum Tavo

Sanches, Merolla, Huadros, et Leone. Quibus a-
 ddeat Torrecilla, cit. sub. 1. cap. 2. n. 9. cum
 Bonac. Trullench, Dapoz, et Leand. licet peccaret
 vanitas, tamen debet sub mortali ieiunare;
 quia ut dicitur est, hec parva conestio
 non officit ieiunio. Non est audiendum Pasqua-
 ligus taxari pro parva materia, media unci
 carnis; sed potest audiri Leandrey taxari 8. pa-
 rum unius unci; melius tamen Trullench ta-
 xari fustulion exiguum vel partem mini-
 mam carnis, quae à loco solet sumi pro degu-
 tando cibo. Vide Dian. par. 10. tr. 14. res. 1.
 32; et Torrec. cit. n. 11.

10. Primum igitur casus in quo quis in die ieiunij carnem comedere potest, est cum comedens aliud cibum non habet praeter carnem, et panem; quia pro tunc extant necessitas, quae excusat ab obligatione precepti ecclesiastici. In-
 gund. cit. n. 8. cum Abulens. et Cardin. Torrec.
 tom. de Propos. tr. 6. concul. 14. n. 27. pag.
 286. Qui n. 28. et tom. 2. Summ. tr. 1. disp. 4.
 sub. 1. n. 18. cum Diana. par. 10. tr. 14. res. 59.
 et ista cum Leandro, ibi cit. 5. Sed ut videri distin-
 guit inter divites, et pauperes, dicens divites qui
 soliti sunt bene comedere, ~~non~~ posse in hoc casu

Quartum Ecclesie Præceptum

comedere carnes; non vero pauperes, qui pro pane habent suam ordinatam rationem. Circa quod admiror doctrinam super titulo resolutionis, nempe an si aliquis per unicum tantum diem non habuerit nisi panem, possit in die ieiunij comedere carnem. Et tenent, posse pauperem, non posse divitem, et non approbari sermo Paymagi, Vidali, Enriques, Jagunder, Sylv. Prozi, Jilinc. Thei, Bonac. Sanchez, et quos alios citat ipse Diana, dicentes, absolute omnes posse in prædicto casu comedere carnes. Verunt quæ dicere quod si pauper edivis inveniretur in casu quod non haberent nisi panem et carnem in uno die, tunc divitem posse manducare panem cum carne, quia solitus est epulari bene; et pauperem debere esse contentum cum solo pane, quia solitus est pauci manducare. Pro idcirco tamen quod debent dicere contra; divitem nempe contentum cum solo pane, qui antecedenti die fuit bene satiat; et pauperem posse comedere carnem, quia vacuitate fuit à multis retro diebus. Alij v. d. quæ esset permissum comedere carnes, si viderent esse magnum defimentis calorem naturæ et personæ; quia lex positiva Ecclesiastica

non obligat ad tantum incommodo, nec hoc speciale preceptum obligat ad abstinentiam tantam ut ieiunans ieiunare debeat in pane et aqua, et omnibus partibus, et admittit inveni observationia circumstantibus, ut videbimus.

II Secundum casum de regni necessitate infirmi etiam convalescentis, iuxta consilium Medicorum, quod adhuc non requiritur si infirmus supra laborat cerebroque affectus sit, vel talis sit infirmitas, ut clare et evidenter comessio ieiunanti illi nocuementis affert, et vitæ cedant, ut quæ polihæ malis cordis, vel cerebri, febribus, bubonibus, vel alijs. Si vero causa sit dubia, melius erit consulere Medicum, quod et dicit Sanchez et citat Machado cum Torza. citat et. hoc per se se ipsum determinari ad carnes comedendas, sicut potest quando causa est evidens, quia tenet eodem ius, quod habet ad refrigerandum periculum animæ dubium, ac certum. Sed multi malim erit valere se de Bulla Comestæ, quæ dat privilegium comedendi carnes in diebus fastis, et licentia Medici et Confessorij, cum per Bullam hæc iuris potestas dispensandi in causa dubia quando scilicet dubitatur, an causa sit vel non sit sufficienti, de quo videbatur de hac Bulla, ver. Comedete

Quarthon Ecclesie Preceptum

carney, n. 95. vide Remissionem tr. 3. cap. 4.
 §. 4. premissis. Quod de carny sufficienti-
 bus ad manducandas carnes, et ibi n. 12. tra-
 dit Dodonius D. Indei Peramato, que digna
 est ut legatur ad institutionem Confessorum pro
 punto huius dispensationis.

12. Tertius carnem, si comedens fuerit a-
 niem perpetuo, vel quæ non parvenit ad an-
 num digestionis; quia illi non tenentur le-
 gibus Ecclesiasticis, nisi exprimat, ut de legi-
 bus traditi, in cuius tempore non conceditur il-
 li dispensatio ecclesiastica, quod fit quia clari-
 bus omnibus talis locus, et solus exprimitur conce-
 ditur. Fagnani cit. cap. 1. n. 2. Diana par.
 1. tr. 9. res. 42. Reamy. cit. §. 1. n. 6. tit.
 de la abstinencia. Castr. 2. 9. 147. art. 2. dat.
 in infia, si tradit de concupiscencia patris, qui
 non requiritur, vel non tantum concupiscencia
 tenet. Sanchez, cu alij cit. a Diana cit. In
 de eisdem dispensationi potest comedere carnem,
 quia si velle non est in qui possit carnem com-
 edere, alij indizati illi prohibentur. Fagnani.
 cit. cu pro. Fagnani. cit. a n. 53. et alij
 quos citat. Idem sic de Fagnani, non de Reamy,
 quia illi non illi non subduntur Ecclesie preceptum.

Leiuuandi

Torrac. cit. n. 8. Jagand. Diana cit.
 13. Quia carum est, si quis in ^{loco} proprio
 in quo est dies ieiunij, et in eodem debeat eo
 die peruenire, possit ante quod intencit cae-
 nes comedere, nisi possit à suis oppidanijs co-
 medi; quia dicitur non est quis in sua patria
 non obligatus ad leges illius loci potest extra
 illud. Ibi non est abstinendum, sed cae-
 medere. Si dicat: ego si in eo loco ibi requi-
 sitationem esset dies ieiunij, non tenetur ser-
 vare, et sic possit comedere carnes; quia nemo
 tenetur ad leges patriae ibi non moratur, sed
 transit. Diana p. 1. l. 2. q. 20. et 18. concedit
 cum ibi cit. in fine, et cit. et Torr. cit. n.
 21. Jagand. cit. cap. 2. n. 2. negat; quia
 nulla est ratio exaltationis, cum in istisq. loco
 sit idem preceptum non comedendi carnes, et iei-
 uandi. Maximo Diana; sed cum Jagandus cit.
 n. 10. et ibidem lib. 1. c. 2. n. 20. sentio, quod
 qui transit per locum, ibi non commoratur, sed tran-
 sit per detractionem primum, cap. vel per nocte-
 diem, non tenetur ad leges illius loci, ita ut debeat
 observare festa vel ieiunia; quia per illam
 breuem moram non subicitur ^{legibus} illius loci,
 et sic nec obligatur ad ibi comedendum carnes

Quæstionem Ecclesie. Præceptum

si fuerit diei festivi, nec ab abstinencia car-
nis, nisi fuerit dies ieiunij: nec dicitur
si esse ibi comædo, quia hoc non obligat ni-
si in quantum habet vim legis, quæ in non sub-
ditis tendere non potest. Item et si ibi como-
ratur per aliquos dies, ^{non} est pro maiori
anni parte, vel intentione ibi morandi, nõ
est ~~obligatus~~ obligatus ad observandam
legem loci, ut dicitur dicitur: de præceptis decal.
præcepto 3. in ca. ff. 290. vide ibi, ~~et~~
et obligatus ad abstinencia carnis, sicut nec a
ieiunio illius loci, ut dicitur: ~~et~~ quia cum non
sit subditus illius loci, non subditus eius legibus.
Et sic, si propria patria venerint carnes, in
alio sic comorantes possunt similiter vacare
modo tamen scandalo, nec ibi tenentur ieiu-
nare, si in sua patria ieiunia non sunt. In
quodam cit. no. 10. et 11. c. Sanchez. Selyma,
et alij. Quod si in vobis loci, nempe sua, sta-
tus ibi invenitur sit idem præceptum, in
que debet observare, de communitate præcepti,
vide dicta loco cit. de præceptis decal. ibi Contra-
rius autem. Et ibi valet. Et ex hoc non deducitur,
quod qui modo dicto et transeuntibus invenitur in
patria ubi comeduntur carnes, dum in sua non com-

dicitur, non possit ibi carnes comedere; non enim
 valet paritas de casu converso, nempe si in qua
 patria non potest comedere, ^{non} possit in aliena
 ibi incole illius comedunt: quia est diversa ra-
 tio inter poenam et favorem; bene enim potest
 quis non teneri ad poenam, et favoribus gaudere,
 ex reg. 15. juxta in 6. Odia restringi, et favores ex-
 verari amplius: quare bene potest comedere
 carnes qui invenitur in loco ubi incole comedunt,
 quia est favor; et eas comedere in loco ubi inco-
 le eas comedere privantur, quia est poena. In-
 gund. cit. 2. et. c. si pater tom. 1. Inst. moral.
 cap. 30. Diana cit. resol. 18. c. Navar. Cesto,
 Copas. et Layzo. Bruid de Vagij, seu Vagombr-
 di, vide Lib. de Pccap. Decal. loco cit. n. 11. pl.
 241. et Ingund. cit. cap. 2. n. 13. et dic in omni loco tenet.

14. Quibus carnes est, si quis esset in terra in-
 fidelium, et timendo grave damnum, comedere car-
 nes in diebus prohibitis, et occultaret fidem: non
 enim hunc peccat contra fidem, dum abesset ani-
 mus protestandi falsam Religionem, et dicit lib. de
 Pccap. Decal. pccap. 1. n. 20. nec esset peccatum
 mortale, dum abesset scandalum; quia, et dicitur
 est, seductio non obligat cum gravi incommodo: nec
 hoc est cõcedendum ab Innoc. XI. sub proposito. 18.

Quartum Ecclesie Præceptum

que loquitur de ingenui negante fidem. per-
tato à publica potestate, quod non verificatur
in hoc casu, ut tenet Torzæ. lib. de prop. trad.
8. super hac p[ro]p[os]itione, n. 10. et 11. p[ar]t. 949. et videtur
didum tenet. Sic cit. cap. 2. sed. 1. n. 19. *Legimus*
cit. c. 9. n. 11.

15. Sæpe casus est, quando intervenit dis-
penratio; nam cessat obligatio abstinendi à con-
muni comestione, et jejunandi; quia dispen-
ratio tollit obligationem legis. Dispensare autem
potest in hac lege Summus Pontifex, qui supra
jura canonicum habet supremam potestatem, et
multo magis supra consuetudinem, quæ in ho-
minibus obligat, in quibus à Superioribus approbatur
expressè, vel saltem tacite: et quæ quadragesima
sit introdunda jure Apostolorum, non
extrahitur tamen à jure humano positivo con-
tento sub auctoritate Apo[st]olice quæ supremæ esse
debet in Summo Pontifice ubi legitimo Potestati succ-
ssore. Unde ut causa vel sine causa tenetur
dispensatio obtemperata à Summo Pontifice à lege je-
junij etiam quadragesimalis, comestionis. *cap.*
nij. Juxta hanc vero si sine causa saltem dicitur
obtinere ab Ep[iscop]o, qui tantum potest dispensare
sæpe in hac lege tanta causa, juxta hanc
evidentis. Si enim tenet evidentis, non requiritur

rechetur dispensatio, ut dicitur ab supra n. 11.
 Et quod dicitur de Ep̄o, dicitur de Prelato Ste-
 gulari: quoad suos subditos Majorica. Sagund.
 cit. cap. 9. per totū. et Aror, et alij. Tomac.
 cit. cap. 2. sec. 2. n. 90. et tm. de potest.
 Ep̄ic. 12. 1. q. 6. art. 1. difficult. 1. et 2. ubi
 de transmutatione ieiunij à n. 18. et Sagun-
 dez n. 4. cuius auctoritate concedunt et est
 concedendum Ep̄o, quando stat causa commu-
 ni, vel transmitti, ut facit Thomas Ep̄us Ma-
 joricenſis D. D. Jomayus Ant. de la Cuchilla.
 Dñs meus, anno 1205. transmittendo ieiunium
 Vigiliæ Sancti Martini, que sunt feria 2.
 post Octavā quinquagesimæ, in sabbatū sabbatij
 Dominicæ, quem casū expressè tradit Diana
 par. 3. p. 6. resd. 66. Dispensat Papa me-
 dia Bulla Cruciatæ, de quo supra n. 11.
 Non tamen potest Ep̄us statuerè decem-
 in sub peccato mortali, vel sub excommuni-
 catione, ut in Castella non possint comedi mi-
 nuta carnis, et in nostra Majorica absolute
 carnē comedi in diebus sabbatinis, quia cū
 sit licita talis comestio ex approbata con-
 cessione à Papa, et sic sit ex. Et si Pontificis
 non potest tolli à potestate episcopalis. Sagund.

45
Quartum Ecclesie Præceptum

cit. cap. 2. n. 34.

17 Ex hoc autem quod dictum est n. 7. de jejunantibus qui non tenentur ad jejunium si carnes comedunt, non deducitur de non tenentibus jejunare quod possint comedere carnes; quia præceptum carnes non comedendi non tantum tenet respectu ad jejunium, quæ ad abstinendum exacerdam in die jejunij: ergo non solum afficit jejunantes, sed quoque non jejunantes sive non tenentes jejunare, sive volentes jejunare, de quibus non dicitur si præcipue præceptum attendat ad jejunium: quod quidem explicavit ipsa consuetudo. *Jagund. cit. n. 37. Diana p. 4. l. 4. resol. 120.*

18 Comestio carnis in die jejunij positi ab Ecclesia, ita obligat, ut quilibet in eo die comedatur, hinc peccatum mortale committitur; quia præceptum hoc est negativum quod semper et pro semper obligat: ergo semper et quando transgreditur, committitur peccatum mortale. Dixi, positi ab Ecclesia, quia si dies jejunij fuerit ex voto particulari non toties peccabit, quia votum nisi exprimat non intendit se privare comestione carnis eo die ut jejunare: ergo non jejunando peccat, non vana comedendo carnes, nisi dependenter à jejunio. *Diana quoad primum resol. 48. et quoad 2m resol. 37. quæ*

Sequitur Jagund. cit. c. 7. n. 9. Idem tenet To-
lepy de comedente phycis in die carnis vel
lacticinia, et de ill. hb. 6. c. 3. §. tercio: et cir-
ca 2^m cum sequitur Torree. cit. cap. 2. sub. n.
n. 28.; Lacticinia itaque iheremiter quoad hoc
morunt cum comestione carnis, in illi diebus
in quibus comedi videntur, quod in sequentibus
distinguentur.

Lacticinia.

19. due sunt butiri, caseum, et lac, ovaq. que
ex his fiunt, comedi non possunt sub mortali in
diebus quadragesime; quod quidem evidens est,
ita ut dicere non esse evidens est conderati
Ab Alex. VII. p. 32, saltem dicere, evidens
non esse consuetudinem in quadragesima non co-
medendi ova, obligare: obligare autem sub mor-
tali vel sub veniali, non est dicitur in propositione,
et sic nec conderati in conderatione, ut tenet Torree.
tom. de Proposit. pag. 429. §. Das pnes, cum ludo.
Sicut nec dicere non esse obligationem ex vi
precepti canonici; quia loquitur propositio de ob-
servatione, nec dicere, non obligare in quadragesima,
quia loquitur de illa, nec dicere
posse comedi in dominicis quadragesime; quia dies
illi non sunt quadragesimales, de quibus loquitur

+
sicut illa
ex gressibus
libris

Quartum Ecclesie Præceptum

propositio: nec dicere, quod qui non habent
aliquid quod comedant, possunt comedere; quia
non est dicere consuetudinè nondiligere, quod
dicebat propositio, sed quod necessitas excuset,
quod non repubat condensatione. Tradit Torrac.
cit. et c. eo. Coella tom. pract. h. 12. 17. super
hac p. n. 200. His suppositis.

20 Teneo ut d. Tho. 2. 2. q. 147. art. 2. ad
3. quod lacticia et ova non prohibentur co-
medi nisi in diebus quadragesimalibus; quia
solum isti sunt principationes inter ieiunia an-
ni, cum sint ad imitationem ieiuniorum Christi
quasi illis correspondere debet abstinentia prin-
cipalij cibi, nempe carnis, et minus principalij
nempe predicti, ad pro alij enim quadra-
gesimali sufficiat abstinentia principalij cibi. Ad-
herat Diana par. 3. h. 9. res. 41. et par.
5. res. 14. res. 13. §. Nota. Torrac. cit.
sect. 2. n. 8. cum Sanchez et Layman. Zaguer
hic lib. 1. cap. 2. n. 42. cum 25. Audimus in
cit. n. 40. ultra d. Tho. cit. contra Coella
Beia, Musan. et alios. qui fundantur in con-
rogatione, 2. dist. 3. de consec. ubi statu-
tur de tribus diebus rogationis, ut eo tradit
quadragesimalibus cibis statuitur; etiam cum in p. n.

jeiunia de precepto, precepto quod veritas est
 vera: alij cibi quod quadragesimalibus, sed lac-
 -ticinia, et diducunt et dicimus, non sint co-
 -bi quadragesimalibus: ergo sunt prohibiti in
 jejunij octava quadragesimalibus. Et respondet Ja-
 -quandus, intelligi textum secundum intellectionem
 communem d. de cibis qui carnes sunt, sunt
 quia carnes sunt verba principaliter in die-
 bus quadragesimalibus, et d. quod si diceretur
 intelligi de lacticiis, prohibet factum contra d. d.
 quia textus loquitur de tribus diebus rogatio-
 -nis expressis, et cum primis in materia generali, res-
 -tringi debet ad illos dies, non dilatari ad alios
 anni: sicut licet interdictionibus lacticia
 in tempore quadragesimalibus, non per hoc dicitur
 extendi ad alios dies jejunij octava quadragesimalibus,
 alia fructus aut rationem ad tale caput. Respon-
detur.

Sunt qui dicunt, obligare in predictis di-
 -bus talis abstinencia lacticionibus, consuetudine
 in aliquibus provinciis recepta. Unde si dicitur
 Nonnulli sub precepto, si consuetudine
 sub mortali esse interdictionibus, velut veniali, si est
 sub veniali interdictionibus, quia ea legitime intro-
 -ducta habet vim legis, hec autem obligat iuxta

Quarantam Ecclesie Preceptionem

intentione imponenti de quo non dubito
dubito tamen adhiberi quodammodo quando
sit introducta hoc compellente abstinente hu-
ius in illis partibus ubi est introducta et di-
cent quod dubitatur an sit introducta sub
motu non sub motu obligabitur quia
in dubio prior est conditio possidentis et co-
stante nemo onerari debet. cap. Abing.
q. et l. In diebus. q. de servit. et aqua.

Sic tenent Terrae. cit. et Diana cit. in de
par. est. Hic autem consuetudo a multis ne-
gatur in Hispania: scio vero non adesse in
nra Majorica, et sic absq. illo peccato possit
hic vaci laticunda in diebus jejuniij extra
quadagesimas, et diebus venerij infra anno-
ationis jejunia sint pro lucrando jubileo.

Magis non potest dari in Ecclesia
tholica consuetudine abstinente ab ovij et la-
ticinij in diebus jejuniij quadagesimali, in
de declaratione Alex. vii. in condemnatione
positionis 3^{ae} et 4^{ae} et n. 19. Neque ne-
que potest, esse tali abstinenciae oppositam in
cap. Penitus. q. de rit. q. adu. n. 8. Diffi-
cultatur tamen an ex hoc. namque consuetu-
ne, et jura canonico oriatur obligatio peccati

mortali de non comedendo laticinij et
 ovi diebus ieiunij quadragesimalibus
 De consuetudine affirmat Ferrarius in
 et tra. de Supplic. pag. 129. ad 25. Mo-
 jas ubi citat et dicit esse commune ad d. Tho.
 ad d. Tho. hoc non dicit, sed tantum in ieiunio
 autem quadragesimali interdicens omnes
saltem etiam ova et laticinia. Unde ego
 dicit interdicens sub peccato mortali. Ut
 ratione dicit, quia ista in materia generalis
 quae capere ad obligandum sub mortali esse
 hoc non negatur, sed potius negatur, sed
 solo consuetudine ad hoc obligare: non autem
 negabo quia si deo in peccati confessionem et po-
 nitentiam, habentis est peccatum mortale. Ita
 inobstantiam: ad quod ritum accipiunt huius-
 iam Cruciatu, quod ad hunc modum
 manducare potest in ieiunio ieiunij qua-
 dragesimali, omnes spulatas, etiam Eccl-
 siasticis etati Co. annone, laticinia et ova,
 et dicit et lib. de Cruciatu, textu 13; et 14.
 si quoniam talis comestio non esset peccatum mor-
 tale, ad quid tam solliciti acciperetur Bullam
 pro laticinij, et ab Ecclesiasticis non regulam
 alia expressa laticiniorum. Hinc ad d. 20.

Quartum Ecclesie Praeceptum

24. De iure canonico et controversia an
 reprobata ^{aliquo} ~~con~~ceptum sub ~~indis~~
 super abstinentia ovium et lactis in
 diebus diebus quadragesimae: et quia aliter
 caput non requiritur in iure, quod allegatur
 in cap. 2. ubi scribitur. Par autem est offe
ditio ubi; totum punctum consistit, an Pontifex in
 ovibus. Par est, indicat parvam obligatio-
 nem esse de hac abstinentia, cum abstinentia
 carnis in diebus diebus, an vero indicat
 quandam congruitatem a lactis abstin-
 de in diebus quadragesimae, ut sequatur ab-
 stinentia a carnibus a quibus originantur.
 Arguitur cit. cap. 2. n. 15. et de citat
 Dominic. Illigona, Alps. Nazaria. Castrum
 Universitatis Comensis. Salmatican. An-
 tati, et supradicti tractatus de Jureis. In
 tati, ubi proposita Antidelata, et pro
 curare, sub die dato decreti, 12. Aprilis. 1600.
 et fundatur in priori, quia ex dictis. Ver-
 bum Par idem est ac aequum et iustum, ut
 autem non significat preceptum, sed equitatem
 et convenientiam: punitur enim sacros in
 preparatione missae ad agendum Deo gratias, non
 precepit, quando dicit, vere digni et iusti

+
 dicit quod
 non indu-
 cit precep-
 tum, et

est, non tibi semper et ubique gentij
 nec populus ad peccata se obligat quod
 fitibus dignis esse et iuris, sicut in propo-
 ti: vel saltem transgressio illius quod par-
 est agnum et dignum abstinere, sicut est mor-
 taly: precipue, quia quidam populi sabbati
 pro paritate precepti, ita et abstinere con-
 mium, et lasciviorum pari itinere curant,
 licet hoc post illud, cum sequendo talis
 principalem, et cum paribusque; tamen hoc
 non est aliquid in iure, quomodo debent es-
 se verba legis et obligant ad mortale; tant
 Panorm. et alior. a Jagund. cit. n. 16. Et
 si recurritur ad Concilium Trullanum can-
 6. ubi statuitur poena depositionis in cler-
 icos, et excommunicationis in laicos, comedentes
 ova et lasciviora in diebus quadrag: dicit Ja-
 gund. n. 22. hanc synodum fuisse ab Eccl-
 sia reprobata, ubi congregatus sine legitime
 auctoritate, vide ibi; et alios rationes per sagge
 numeros allegatas.

25 Bonac. autem huc dicitur. q. 1. p. 1.
 2. n. 2. Torrec. cit. cap. 2. lib. 2. c. 1. et al-
 alij cit. a Jagund. cit. n. 10. tenent, tale ius
 Danique obligare ad mortale. Sylvi. vero dicit

Quartum Ecclesie Præceptum.

Jo. 15. Jillic. tract. 2. cap. 2. n. 45.
 Talem est cap. 3. §. Prima. Baia par. 1. cap.
 4. 5. sententia in diebus quadrages. esse prohibi-
 bitæ vesci ovis et ladiciniis, juxta dispositum
 in d. cap. de iur. quibus adheco, et Ja-
 gund. non negat n. 15. ubi dicit, talem co-
 mestionem ex vi taly juri esse non pliyquã
 veniãlem, et ea comestione non infringi
 jãmã, sicut tangitur ex comestione car-
 num. Et dico cu. Remigio 12. 3. cap. 4.
 §. 1. n. 2. tit. de la abstinentia, esse peccatũ
 mortale, et adcomptũ dny communitẽ re-
 ceptæ, in locis ubi vult, et in nostra Major-
 rica: nõ stat. in Fladica non posse comedi-
 ova, sed bene ladicinia. et hã diem cinery
 et festũ 6. Pasceve: comeduntur. in Dicca
 et Placentia Castelle, et ibi in Oritoyi, Lac-
 si, et Oxomoyi, et tradit Jgund. cit. n. 25.
 Unde bene dicit Cast. in Roma, ver. Jaimin
 §. huc ad primũ — tangit quippe omne Ec-
 clesie jãmã abstinentiam ab esu carnis
 et inter quadragesimas et alia jãmã hoc
 intendit, quod quadrag. requirit etiam ab-
 stinentiam ab ovis et ladiciniis; ubi in aliis au-
 tem jãmã potest quique vi ovis et ladiciniis

ubi conuulsio est: ubi autem conuulsio non
 est, licet quod si ab illis in quadrag.
 conuulsio sit. ubi bulgus, excusantur. Et fa-
 ctum est. Tho. cit. caput. 3. in ag. Sed contra,
 ubi dicitur = de contra et, omnium fidelium con-
uulsio interdicit conuulsionem laboriosis. Et
 dicitur = quique observare debet conue-
nitentiam reuerentem innoxiam condicentem quae conue-
nitentia dicitur dicitur de ieiunij legem,
quae proque purgatio abundat in suo seruo,
et proque omnium leges approbationis arbitrat.
 In diebus dominicis quadagesime, supra
 dicta conuulsio observari debet, quae in
 Maioribus est usque vix et facienda ab his qui
 illis diebus abstinent non habentibus privilegi-
 um Cruciatu; quod tenentur de Bulla Cruciatu,
 quae dicitur = quod ubi dicitur conuulsio laboriosis
interdicitur in diebus dominicis, quae quae
vix sint intra quadagesime, non tamen sunt
quadagesimales, in quibus, sive a iure, sive
a conuulsione, ubi mortali vel veniali, ubi
per conuulsio. Et quidquid sit de rationi-
bus contrariis, supereminet conuulsio, ubi
tenet est n. ante. in fine ex d. Tho. et d. Hieron.
 Sic dicitur quod tenet diuina. par. 10. tract. 11.

Quartum Ecclesie Præceptum

repl. q. 6. nempe a quodam libro fuisse deleta
hanc opinionem mandata Cong. Inquis.
quia dicit Innocentio cit. n. 43. fuit de par.
ta fundamenta ab eo tradita, quæ a subse-
quentibus fœderibus fuerunt confirmata, et
sic non reprobata. Tenent Inquid. cit. n.
44. cit. Hama, Gomez, et Samba. Henrij.
cit. Negat Diana cit. cit. Bardo. Utique Pon-
cher, Emig. Hadrij. Villot. et alij cit. a fœderi
cit. n. 43. Cast. in cit. cit. d. Tho. et fœderi
Cast. dico quod in tantis et tantis conquestis
in hoc præcepto diem Dominicam quæda-
gesime, et in adventu cap. Dominice, et in qua-
alicuius parochie possideant, precipue si possessionem habeat Ecclesia de illi terris succedenti decimas, eadem debet recipere quatinus transferrantur in dominium talis infidelis; ne dicatur eos esse melioris conditionis, quod Christiani. Hoc dicitur habetur expresse contra Indagos, in cap. De terris, 16. de Decim. Vbi statuitur, aut dimittere terras, aut solvere decimas, esse compellendos; quod est intelligendum de quibuslibet aliis infidelibus: idem habetur in cap. Quanto, 18. de Usur. Pater. cit. à n. 147. Jagund. cit. n. 11. et 12. Ant. cit. n. 156. Hinc. cit. cap. 8. q. 160. Qui hoc idem dicunt de Dico de Cathecumenis; quia illi adhuc non sunt de gremio Ecclesie.

29. Hæretici autem habitantes in terris fidelium, utraque decimas personales et prediales solvere debent; quia ab eisdem iniquitate non liberantur ab obligatione observandi leges canonicas, sed eisdem eodem modo subduntur, ac subdebantur ante heresim; alij de heresim reportarent mercedem: et quatinus non in heresi existentes, recipiant sacramenta, sunt tamen parochi parati, et illi debent recipere et heresim abstante; unde debent decimas.

Quintum Ecclesie Præceptum

Parer. cit. n. 147. Jagund. cit. n. 3. cap. 1. §.
 Hinc. cit. n. 162. Sylv. ver. Decima n. 13.

730 Clerici non obligantur ad decimarum
 solutionem ex eis bonis que habent titulo benefi-
 cij, vel spirituali, et ob celebrationem Missarum
 funera, et alia exercitia spiritualia vel Ecclē-
 siastica. Dicit enim Paschali 2. in cap. No-
 vi, 2. de decim. Novè genus exactionis et ut
clerici à Clericis decimas exigant; eorumque
in lege Dni hoc legamus; non enim tenent à la-
icis decimas accepisse leguntur = licet enim
 diversi diversi hunc intelligant textum, ita ut
 sit qui dicat intelligi de solutione decimarum ex
 decimis ab eo acceptis; que non debent, quia
 decima non parit decimas, sicut fructus seu
 lucra non fundificant; et qui dicat intelligi
 de Clericis eiusdem Ecclesie, vel de prædici ad eā-
 dem Ecclesiam pertinentibus, de quo infra;
 tenent iuxta mente d. Tho. 2. 2. q. 87. art. 4.
 in corp. intelligitur secundum sensum præfati dic-
 ti; et est ratio convincens, quia ut dictum est pau-
 lus decimarum competit Clericis quatenus
 ipsi ministrant spiritualia parochianis; sed
 hæc administratio competit Clericis quatenus Cleri-
 ci sunt, qui ex sui institutione ad hoc ordinantur:

ergo quatenus clerici sunt, eisde competit jus de-
 cimarum, sed eis competit hoc jus, sub illa
 ratione quia eis competit, non debet decimas
 solvere, aliter dicit ibi d. Tho. idem secundum
 idem esset agens et patiens, quod dici non de-
 bet: ergo Clerici quatenus tales, non debent de-
 cimas solvere. sed quatenus clerici percipiunt
 fructus beneficii, et alias elemosinas predicas: ex-
 ergo eis non debent solvere decimas. Barb.
 in d. cap. Novu, n. 1. §. Tax quibus. Jagund.
 cit. cap. 2. n. 1. Payer. cit. art. 8. n. 21. Bonac.
 cit. p. 3. n. 7. Tilluc. cit. n. 168. P. Ant. cit.
 rub. 7. n. 166. §. Tertio.

31 De fructibus vero acquisitis a Clericis
 titulo proprio, nempe jure hereditatis laicali, do-
 nationis, vel alio: imo et de acquisitis artificio
 aliquo personali vel industria more laicorum, et
 omnino extra officium clericale, tenentur Cle-
 rici decimas solvere, sic definitur idem Papa Pas-
 chajus in eodem cap. Novu sic procedente =
Illi profecto Clerici qui a Clericis spiritualium
ministeriorum labores accipiunt, decimas eis
debent = que verba secundum dictu sensu intelli-
 guntur a Boss. ibi, ver. A Clericis, et a d. Tho. cit.
 et convincit ratio, quia hi fructus percipiuntur a

Quintum Ecclesie Reception

Clericij tanquā personę secularis et parochialis re-
cuntur quem titulum eis administranda sunt
de jure sacramenta et alia spiritualia à Paro-
cho et Clericij ex natura officij Parrochi et cle-
ricatus: ergo de eis debent ipsi dare decimas, si-
cut quilibet alius laycus. Et precipue quia si
prediales sint, ad eos tranzierunt cum onere de-
cimandi, quod nature ipsorum impeditio erat;
dum alio jure non invenitur liberatio; sicut
liberatur onus solvendi tributa et gabelas, dum
sunt Ecclesiasticę personę, ut dicitur et lib. 2.
de contr. tit. Gabela ex rebus Ecclesiastic. pag. 159.
à n. 2. Jagund. cit. n. 2. Barb. cit. n. 2. et de
Potest. Parrochi lib. 3. cap. 28. §. 3. n. 11. Tit-
hinc. cit. n. 169. et 170. Payer. cit. 172. P. Art.
cit.

32 Nec clerici excusantur à solutione de-
cimę predialis ex iudicio predij possessi titu-
lo dicto laicali, per hoc quod solvi debeant
Ecclesie cui ipsi inseriunt; quia à nullo tex-
tu excusantur, immo predij cap. Novu' ab sol-
ta coarctat ad solutionem predictam sine deter-
minatione an vel non pertineant ad Ecclesi-
am cui inseriunt: nec per tale servitium desi-
nit predium esse onerabile decimatione, ~~et quod~~

on quo onere transit ad demissionē Clerici.
 Inno et in cap. Si quis laicus vel Clericus, 42.
 16. q. 1. dicitur, Si quis laicus vel Clericus
 proprietati suę loca vel res alicui dare dele-
 gaverit: decimationis proventus priori Ecclesie
 legitione assignatis inde abstrahere, nulla ha-
 beat potestate = et Alon. ibi ver. Clericus =
 Clericus ergo dat decimas, quod verum est de
 propriis prediis: si igitur Clericus dat decimas
 de suis prediis, et alienare ea non potest pri-
 vando Ecclesie cui decime competunt tali re-
 ceptioni, sequitur quod jus decimandi semper
 remanet apud Ecclesiam illam cui fuerat assigna-
 tus proventus, et quod debet decimas recipere
 et jus habendi habet parandi a quocumq. posse-
 ssore, etiam si sit Clericus eisdem Ecclesie in-
 viciens. Laym. cit. n. 4. Passer. cit. n. 173.
 c. d. No. cit. art. 4. Palau, Lessio, et alij. Bar-
 bor. in cit. cap. Novu, n. 2. ibi, sive predia
 predia sint in aliena sive in propria parro-
 chia. Extendit. didu etiam si talis Clericus
 sit Parochus; qui si habet predia dicta lai-
 calia in alieno territorio, debet solvere de-
 cimas illi Parochi in cuius territorio sistunt
 predia; ob eandem rationem; quia pro viciis. valet;

Quintum Ecclesie Præceptum

cum Parochus sub nomine Clerici continetur; nec
in hoc consideratur ut Parochus, sed ut laicus pos-
sidentem prædium titulo laico, ut supponitur. Fil.
hinc. lit. n. 175. Zagard. cit. l. 3. Passer. cit.
n. 269. ita ut dicant quod si tales decime de-
berentur sue propriæ parochiæ, et ad eas jus
haberent alij Clerici, deberet solvere partem
eius correspondentem. vel si deberet dare deci-
mas decime suo Episcopo, ab ea non posset extra-
here quod ex suis ditijs prædij pertingeret;
alias sibi ipsi solvat.

33 Quod si Parochus titulo sue parro-
chiæ, vel alio spirituali possideat prædia ali-
qua, ex fructibus eorum non debet solvere deci-
mas, etiamsi illa sint in termino alie-
næ parochiæ; quod quidem expressè tenet
D. Tho. cit. art. 4. ad 1. et fundatur in iure,
tum cap. cit. Novæ, admodum n. 30. Vbi abro-
lubi dicitur, Clericus Clerico non debet deci-
mas dare, quod intelligitur de bonis possessis
titulo ecclesiastico, ut ibi dicitur et: et quia Papa
absolute loquitur, de diversis parochiis quo-
que dicitur et intelligi. Tum cap. Questi, ab.
16. q. 1. Vbi facta differentia inter Episcopos vel Ab-
bates, et colonos, statuitur illos de prædij sui non

decimas solvere; ibi vero sic; loquendo de vi-
 nery agri vel frugibus existentibus in aliena
 Parrochia vel termino; de quo fuit quærela
 contra Ep̄o non sinentes solvi decimas prædi-
 orū existentū in antiqui parrochii. Passer.
 cit. n. 125. cū Caet. Palauy Suarez Trull.
 et alij. Contra Sa' ver. Decime n. 3. Barb.
 cit. n. 1. §. Tax. quibus, cū Abb. Rebuf. et Alij.
 in cap. 1. de Cenfib. ver. nullo onere, et alij
 cit. à Sagunder cit. lib. 1. cap. 7. n. 2. qui
 sequitur n. 5. ut tenentes probabiliōe sen-
 tentiā, et magis fundatā in iure, quā sipe
 habeat D. Tho. sentiētiā uti probabile, et ut
 dicit consuetudine receptā, ex Suare, Anti-
 ex. et Covarrub. Fundantur primo in cap.
 1. de Cenfib. ubi dicitur, quod Presbiteri non
de decimis, aliquod scribitū faciunt præter
Ecclēsiasticā; sed alibi ibi dicit quod licet de
 dote novæ Ecclēsię liberentur ^{decimas} ~~decimas~~, non tē-
 men Ecclēsiasticę, qui sunt decime antiqui-
 orū Ecclēsię debent; juxta dispositionē cap. Ex-
clēsię, 43. 16. 9. 1. ubi dicitur = Ecclēsię an-
tiquitū contribute, nec decimis, nec vltā pos-
sessione priventur, itā ut novū Oratorij tribu-
antur = quod idem habetur in cap. Anicim;

Quintum Ecclesie Praeceptum

44. cap. cau. et quest. et fundamentatione, in
quia ut supra allegatum est, res transit ad
suo onere: tum quia posset devenire parro-
chia in grave detrimentis: et tandem quia
Monasteria ex sui praedij non deberent sol-
vere decimas Parrochia in cuius terminis
praedia sunt sita, quod est contra cap. Com-
sum, 14., et cap. Nuper, 34. de Decim.

Non inquam haec opposita notand dicta de-
primunt; non primam, quia caput illud l.
de Decim. potius est pro nostra parte, quia
ibi statuitur quod Exorbitari Alia proprium
servitij, ad aliud non teneantur, adhuc de de-
cimij. Non secundam, quia hic non dicitur pri-
vanda esse Ecclesia antiquiore sui decimij dan-
dis Moderniori, quod textus cap. Ecclesia, et Qui-
cunq. vident; sed quod praedium quod iure
Ecclesiastico possidetur ab una Ecclesia si ve Mo-
derniori si ve antiquiori, liberetur ab onere
decimandi, iuxta disposita per textus pro no-
stra parte allegatos, qui sunt gravi corrigenti
verba. Unde patet responsio ad primam ratio-
nem, na si liberetur omni res quae erat onerata
non transit ad onere. Ad secundam dic quod si
notabiliter diminueretur sustentatio Parrochia, per

Superiorum in cap. providetur de iustitia.
 Admodum Thomæ de Religioſi die quod.

34. Religioſi non liberantur à ſolutione
 decimarum ex fructibus ſuorum prædiorum, quæ
 titulo eccleſiaſtico poſſideant ea; quia ſic ſer-
 vantur in jure Cap. Communi, et Nuper cita-
 torum; in quo differunt ab Eccleſiæ parrochia-
 libus quæ à tali onere liberantur. Tenentur
 etiam ex vi didorum cap; quæ jure anti-
 quo liberati erant, juxta cap. Decimæ, n. 6.
 q. 1. quod per illa decogatur. Jagund. cit.
lib. 2. c. 3. n. 10. Passar. cit. n. 186. cum
 cit. decreto Sac. Cong. de die 25. Junij 1679.
 et 7. Februar. 1678. juxta relationem Nicetij:
 tit. de Decim. n. 5. Barb. in cit. cap. Nuper
 ubi n. 3. extendit ad quæſi alia præ loca.
 liberantur tamen à ſolutione decimarum persona-
 lium, juxta præcitatum cap. Decimæ, quod pro
 hac parte non eſt revocatum per dida cap. Co-
muni, et Nuper, quæ tantum loquuntur de deci-
 mi prædialibus. Jagund. cit. cap. 3. lib. 2.
n. 14. cit. Suarez, et alii. Sylv. var. Decimæ, n.
13. ibi = ſecundum. Et hoc idem dicitur de quibus-
 libet Clericis in comuni viventibus, de quibus
 voluerunt aliqui ſolvendas eſſe decimæ de laboribus

breuium Ecclesie Preceptum

corporalibus, quos non sequor. Vide infra cū de
privilegiis, a. n.

+
iuxta
dicta n.
32.

35. Nec Episcopi eximuntur a solutione
decimarum ex fructibus prædij possessi non
titulo Ecclesiastico, sed laicali; bene vero si
prædijm fuerit ecclesiasticum, modo dicto
de Clerico n. 30. et de Parrocho n. 33.

Eximuntur tamen seorsim a solutione decima-
rum personalium; non enim solvere tenentur
Papa nisi suo Superiori; quia nec in iure, nec
de suo mandato præcipitur: Nec Parrocho
cui non subditur, immo præest in ipsa admi-
nistratione Sacramentorum: Nec aliis Epis-
copis adhuc Metropolitanis; quia unus alteri
non subditur quoad administrationem Sacramen-
torum, licet subditur quoad visitationes atque
appellationes. Fagnan. cit. cap. 2. a. n. 14.
Cassan. cit. art. 2. n. 168. Gillinc. cit. q. 6.
n. 173. et 174. D. Tho. cit. art. 4.

36. Sed de Summo Pontifice quid dicendum?
Quod potiori ratione eximitur a solutione deci-
marum personalium, quam Episcopi; quia est om-
nium Supremus Dñs, et nulli subditur, sed qui-
libet sit qui ei administret sacramenta est eius
vicarius, et non Superior. In hoc conveniunt omnes

Agund. cit. n. 11. Jilinc. cit. n. 171. Passer.
 cit. n. 163. con. Nepuf. et And. ibi citatos; quia
 dicunt quod est subiectus Deo, cui in recogniti-
 onem Domini debet Deo decimas dare: et quia
 debet observare communes leges ecclesiasticas,
 ex quibus una est decimarum solutio. Sed ta-
 men ad haec dicitur, quod decime non sunt
 principaliter intentae de subiectione debita Deo,
 sed de sustentatione Ministrum Dei, quae eis
 debetur de superioritate qua illi eij sacramen-
 ta et spiritualia ministrant; quod cum non dica-
 tur de Papa, quoque requirit dici subiacendum
 esse huic solutioni modo dicta imperat, in
 lege canonica.

37 Sed et quoque esse exemptum a solu-
 tione decimarum ex feudibus praedij possessi ti-
 tulo sui patrimonij, tenes cum Passer. cit. n.
 167. non loquor si tibi ipsi in hoc dispendiam,
 quod potest, sicuti potest esse aliis: sed absolute
 vigore juris; quia ut dictum est, jus decimas
 praecipit et sustentantur Ministri Ecclesiae tanquam
 superiores et administratores divinum; de iura-
 ditione Papa tantum ut deditur est nullum ministrum
 superioritatem recognoscit, de cuius superioritate de-
 beat alere, res efficitur omnium Dei, et sacramentum

Quintum Ecclesie Præceptum

atque spirituum supremus Pastor ac immedia-
tus in Dni Minister; et sic nulli debet sua per-
sona decimas solvere ex fructibus suorum prædi-
orum. Sicut igitur de jure privilegij, privi-
legiaty statim et est talis non tenetur ex fructi-
bus sui prædij solvere decimas; sic nec Papa
statim et ceteris est, cuius ceteris illud extulit ad
privilegiæ privilegionis, et ad terminis supra-
mò sicut Ecclesie universali et Ecclesiasticis.
Con. P. Ant. cit. 105. 2. n. 156. §. Secundo. Filii.
cit. n. 122. Agund. cit. n. 11. Solv. ver. Deci-
ma, n. 12. et alios communiter. multi quia omni
decimandi in divisione parochiarum et imbi-
bitum in ipsy prædiis, et ut didicimus est, et tran-
sit cum suo onere. Sed hoc nihil facit, quia
non transit cum onere, si in casu veniat quo
omni deponat, et quoque didicimus est, et evocant
in pñi, sicut cum transit ad privilegiantis.

Privilegia exemptiva

38. A solutione decimarum tam personarum
quàm prædialium, solus ille concedere potest, qui aucto-
ritatem supra jus canonicum habet: et ista est so-
lus Papa, quia solus ille est qui condidit tale jus,
et est regula juris cap. 1. quod omni res per quæ-
cumque causam nascitur, per eandem dissolvitur.

Unde Episcopi non est concedenda talis auctoritas; quia habet auctoritatem super legem Superioris, contra dispositum in cap. Et Inferior, 16. de Major. et obed. et in Clem. Ne Romani, 2. de Elect. ibi = Lex Superioris per inferioris tolli non potest = Et specialiter de decimis, est pro-
hibita Episcopi privare veterani Ecclesie, su-
y decimis, ut habetur in cap. Ecclesie, 43. 16. q. 1. adducto supra n. 33. Summ. lib. 2. cap. 4. n. 6. Passer. ad tit. de Decimis
q. 1. art. 15. n. 316. et ipsi ex Nicchio addu-
cit quaedam declarationes Sac. Congreg. vide ibi.
Nec conceditur Imperatori ac Regibus, quia
non habent auctoritatem dispensandi, vel ab-
rogandi, vel moderandi leges Ecclesiasticas.
Passer. cit. n. 317. Summ. lib. 3. cap. 3. n. 1.
et habetur in cap. Item, 15. de Insigni-
ficat. Capa papa habet potestatem; et quod
illam habeat habetur in cap. Andrie, 24.
De part. 22. et magis expressè in cap. Nu-
per, 34. de Decim. Vbi traditur revocatio pri-
vilegiorum aliquorum concessorum Religionis super
exemptione a solutione decimarum, ut supra
dictum est. Requiritur tamen causa ut licite
hoc privilegium a Papa concedatur, quae est suf-
ficiens, necessitas aliquorum Ecclesiarum ministeriorum

Quintum Ecclesie Præceptum
et superfluitas Parochorum et aliorum quibus
competit ius recipiendi decimæ. Papp. cit.
n. 320. N. leg. tom. 2. 99. Regul. ver. De-
cime, n. 5. Semper tamen remanet con-
grua pro Rectoribus; alij dispensatio est nul-
la; quia remaneret in dispendio iuris divi-
ni et naturalis, quo Rector congrui debet sup-
tantari à subditis et parochianis per prop-
tationem decimarum. ut supra dicta est. Lay-
sarin. cit. n. 315. Et hoc est quod voluit licere ali-
qui canonistæ antiqui dubitantes de hac au-
toritate Pape, quod supra ius divinum nihil potest.
39 Et non solum in iure communi excepti in-
veniuntur Religiosi à solutione decimarum per
concessionem Romanæ Pontificis, ut videtur in d.
cap. decimæ, ib. 7. 1. ubi de decimis personali-
bus: et in cap. tunc parte, 10. de decim. ubi de
decimis et redditibus novis, id est non culti-
antia, sed redditibus quod cultura propriis supple-
tionibus; et de decimis animalium, et eorum in-
crementis, et ortibus, herbas, fructus, que suis in-
tribus nutriuntur; et de fructibus ipsorum Religiosorum,
in quibus ad eorum non plantantur arbores fructi-
feras et herbas vulgo ortuliga, ut vult Papp. cit. n.
336. sed etiam vineas et oliveta, ut vult N. Legra

in gratia magno Papatu. 26. Sed etiam
 iure particulari a tali videtur Religione excep-
 te a decimando solutione per speciales concessi-
 ones et privilegia quibus gaudent a pluribus
 Summi Pontificibus, que videri possunt in mi-
 nimum. Religioni Libanensis et gratie Iny-
 nij; videatur Inge magna. Papatu. in fine de-
 zana, §. 26. Minore §. 28. Sancti August.
 §. 13. Minore §. 17. et 30. Et multo co-
 piosior est extensio concessio Vra Carmelitane
 Religioni, §. 18. 46. et 72. et dico cu' de zana
 extensio, quia habetur in §. 3. 18. quod In-
 noc. vi. et Clem. vi. natu' Religioni concesser-
 unt non solvenda esse decime ex fructibus her-
 boru' et vignaru', sed quod est concessu' natu'
 et alijs Religionibus; sed etiam de omnibus his
 que crescunt infra septa muenta locoru' nor-
 tui ordinis: loca quatuor experimento vallata
 sunt velle, habua pecoru', habitu', capzaru' &c.
 Unde omnia ista sunt immunia a decimatione.
 Ad et Religioni S. Societatis Jesu, concessu' su-
 it non debere decimas solvere de terris, fructibus,
 et arboribus suis, a Greg. xiii. cu' expressa de-
 rogatione cap. Super, de Decim. quodquid por-
 tra fuerit restitutu' a Greg. xv. pro Lusitania

Quintum Ecclesie Præceptum

et mandatum ut solverent vigesimam partem
ut tradunt Jagund. cit. n. 3. cap. 4. P. Ant.
cit. n. 158. ubi dicitur potest a Greg. XV. juri-
se Societati restituta concessione Greg. XIII.

40. Quæ privilegia, ac per communicationem quæ
inter se habent Religiones, potest possint?
Vide Dian. par. 20. n. 12. res. 49. ubi
affirmative respondet contra Trullench, Jag-
naro, Tambur. et alij cit. à Caser. cit. n. 40.
quæ impugnat ibi eorundem argumenta solvendo,
et idem scribit N. Cezara cit. De Decimis
n. 8. et P. Ant. cit. n. 158. Ita ut dicat cit.
Caser. n. 413. Ordo Carmelitarum potest in ju-
dicio uti libere Greg. XIII. concessit Societa-
ti exemptione à decimis etiam cum derogatio-
ne cap. Super, ac si libere ille pro ordine
Carmelitarum emanasset.

41. Amittitur hoc privilegium exemptionis
primò si cursu temporis veniat Ecclesie parte
civilis enormis lesio pro necessaria et congrua
sustentatione Rectorij vel Ministrorum eius;
quoniam hæc est debita jure divino et naturali cui
prevalere non potest concessio Pontificia, ut dic-
tum est n. 38. in fine. Secundo, per renun-
tationem factam à Religione, non à Religiosorum posteris.

Arbitrii Ecclesie Præceptum

incerta, aliquo dato vel retento quæ tamen in ju-
re una recipi pro alia accipiatur; et tunc sine
difficultate loquimur, quia licet ad transactionem
addatur datio vel acceptio rei temporalis supra
compositionem, non officit in fructibus decimarum
quorum solutio et acquisitio et temporalis, licet
ipsa perdati sit spirituale, pro quo quod licet tran-
sigeret, juxta cap. Super eo, 2. de transact. quod
licet pro temporalitatibus, ut ex cap. Ex multo holi-
ci, 3. et cap. Cuius homines, 6. de Decimis deducit
Panorm. cit. a Laym. lib. 3. cap. 2. n. 16.

43. De huiusmodi loqui possumus de compositio-
ne super fructibus decimaribus, nempe vel præ-
teritis non soluti, vel in futurum solvendi. Si de præ-
teritis, negari non potest. Quæ vel Parochus quæ
ad respectiva suos fructus posse componere vel
transigere; quia unicuique liberum est de re sua
facere juxta sui voluntatem; sed tamen fructus iam
cessos nulli est dubium esse suos; cum sint eis dati
ab Ecclesia ob causam representationis: ergo potest eos
dare, retinere, componere, et transigere prout vo-
luerit. P. Arb. de Decimis tract. 3. disp. 4. rub.
8. n. 182. Passer. lit. de Decimis. q. m. art. 11. n.
292. Laym. hic cit. n. 2. cit. Alon. Neby. Voto,
et Panorm. ab eo cit.

44 Si loquamur de feudibus decimalibus solvendis, et compositio fiat vel transactio inter Parochos, et alios Ecclesiasticos vel laicos super tempore, loco, et personis non solvenda vel emittenda portione decime, pro tempore vite Parochi et non Episcopi, valida est assente Parrocho, nullo spatato assensu Superioris, nempe Pape, vel Episcopi, vel uniuscujusque alterius Superioris; de portione vero non nisi antea, quia videlicet tradatur de bonis Parochi, absque illo prejudicio Ecclesie nec successorum. Colligitur ex cap. de capto, §. de tempore, §. de transact. et tenent P. Ant. cit. de Rebus. Arzo, et alij. Jagund. cit. n. 6. Bonac. de Decap. Eccl. disp. tit. 9. §. pto 6. n. 4. Passae. cit. n. 249. qui ad Jagund. n. 20. et 21. addit, quod si facta dispositione videretur Parochus, enormiter lesus, id est sine sufficienti gabulo, posset rescindere contractus nomine Ecclesie, que illegra manere debet: et quod successor ad observandum eam compositionem non tenetur, si amissi concordatum a laico ne possessione acquirat nisi prius promittat, adque de jure. Sive illi, quia promissio illa et jurata esset ad conditionem, si jura possum; et

Quintum Ecclesie Præceptum
sic esse nullius valoris.

45 Si esset compositio facta inter Parochum et alios Ecclesiasticos sive Parochos, sive non curatos, etiam Religiosos, valide fiet, accedente consensu Episcopi, vel alterius Superioris jurisdictione Episcopalem habentis, causa iusta interveniente, cognita à præd. Superiore seu Episcopo: ita ut hinc statim hinc circumstantiis, valebit compositio qua remittatur pars vel tertia alicuius Decime, nempe, Dei, vel vini, vel alterius rei, ut solus solvatur 20. vel 30. pars, vel nulla. Sic habetur in cap. Datumus, et cap. Varicny, §. de Transad. et cap. tax multiplici, §. de Decim. Vbi Papa præcipit observari antecesserit compositionis, non obstante suo privilegio, quo dicit, non fuisse sui intentioni illi præjudicare, quod supponitur fuisse facta cum omnibus predictis requisitis; nempe consensu Episcopi, quia talis compositio tendit ad alienandum rem Ecclesiasticam, que nulla est si fiat sine Iudice, et habetur in §. Com hi, §. de Transad. et quia Iudex non est qui non procedit cum causa cognitione; ideo nec requiritur, ut videatur, si fuerit iusta, qua validabitur contractus, vel litigiosa, qua invalidabitur: habetur expressè in cap.

Quod, 1. de hab. Eccl. non. alien. in 6. P. Art.
 cit. n. 179. Passer. cit. a n. 244. Jugund. cit.
 n. 2. et 9. Barb. in cit. cap. lex multiplici, n.
 1. et ibi se citat de potest. Parr. par. 3. cap. 28.
 §. 4. n. 23. Idem. parat in cit. cap. Veniens,
 de Tranjad. n. 2. ibi multo citat.

46 Dixi, vel alterius superioris jurisdictione
Episcopalem habentis; quia dum conveniret in-
 ferior Epō Prefatus, non habent territorium sega-
 ratum, nulla erit compositio facta: quia tex-
 tu cit. de Epō loquuntur, cui in jurisdictione ter-
 ritoriū equiparatur qui habet tale conditionem,
 que requiritur in jurisdictione civili et parati.
 Quod quid de Episcopi Vicario Acti? Dicendum
 est, valere: quia facit unū tribunal cū Epō,
 et idem potest in jurisdictione civili, quod potest
 Epūs, nisi in iure casu in iure vetito, quod nō
 in notis invenitur; vel si aliter precipiatur
 ab Episcopo, quod ipse Vicarius attendet. Jugund.
 cit. n. 5. Passer. cit. n. 246. cū Trull. Moneta.
Leon. Barbos. de iur. Eccl. lib. 3. cap. 26. §.
 4. n. 26.

47 Et si fiat hec dicta compositio n. 45. si-
 ne illi circūscriptis, licet esset invalida, quoad Suc-
 cessore Parochus, esset tamen valida quoad

Quintum Ecclesie Praeceptum

Parrochus componentem; quia valet et et re ha-
beret ac si esset parsonatus. Sumitur ex cit. cap.
De cetero, et ibi Barb. n. 2. et de potest. Parroc.
cit. §. 4. n. 25. et ex cap. Veniam, ubi hoc ex-
pressè, ubi = cū alijs in hīs permissa, ista transac-
tio potius quā inter Ecclesiam videatur = et perit
totaque ratio = nē pacta inter alia facta alijs
obesse possint = Jagund. cit. n. 6. in fine.
Papae. cit. n. 242. ubi dicit, quod tunc Parro-
chus componens potest reclamare, quod deci-
mas sumas, non quod preteritas, quoad quae
valuit compositio.

48 Si quicquid esset compositio facta in-
ter Parrochum et laicos, super tempore et loco, et
quo tempore sint solvenda decimae, vel in quo loco, an
in campo, vel in domo dactoris, esset valida, cum
consensu Episcopi vel praedicti superioris; quia hec
compositio non tangit jus commune, quod non
curat de his circumstantiis, sed tantū quod decimae
solvantur Ecclesiae. Jagund. cit. n. 14. P. Ant. cit.
n. 181. Papae. cit. n. 254. cū Alex. Trullench, et alij
Barb. cit. de jure Eccl. n. 24.

49 Si autem esset compositio facta inter Parro-
chum, et laicos, super substantiā decimarum, ut quod
Parrochus non accipiat à laico integram vel partem
decimarum

decime; vel quod decime dantur alicui particulari vel laico personae; de hinc hanc consensu Papae non est valida, si laico debet jus decimarum; ita ut jus spirituale competens Ecclesiae laico tribuatur; de incapacitatem laici ad jus spirituale, cuius generis est jus decimarum quae dantur ministris altaris de ministrorum administrationis sacramentum, quod est spirituale incapax laicy, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 8. art. 3. in corp. et ad 3. Jagund. cit. n. 20. c. lites. Canon. suas. et alij. Pape. cit. n. 25. l. Ant. cit. n. 130. §. Ratio, c. Leon.

10 Valida tamen erit compositio facta inter Papam et laicos, modo dicto, si laico debent decime quae temporalitate, ita ut possit vel accipiat nomina Ecclesiae, dum adsit Papa consensus; alia non requirit nullus qui Papa habet auctoritatem in id quae subtrahitur jus commune ingenui in canone, sed canonem praecipit omnes teneri ad solvendas decimas, ut dictum est, et solum Ecclesiasticis Curatis spectare jus recipiendi decimas: ergo solum Papa potest in id quod dicitur auctoritative procedere. Sed haec agitur per compositionem cum laico, videlicet cum liberando a debito solvendi, vel illud

051
Quintum Ecclesie Praeceptum
regnando tribuendo et audientiam recipien-
di decimae Ecclesiasticis: ego sicut supra
potest sub compositione confirmari, et con-
tra habetur in cap. Venerabilij, §. de Confir-
mati. Tenet dicitur Barb. in cap. Statutum, §.
de Transad. n. 9. in Alor. et in cap. Vener-
abilij, §. cod. lit. n. 3. cū Doct. P. Ant. cit. n. 1. Bar-
Bonac. cit. n. 2. Passey. cit. n. 299. cū Al-
zer, Rehof. Monat. Leon. cont. Tertul.
Et adhuc haec compositio à Papa confirmata
reddetur nulla, si veniet tempus, in quo Sa-
crocho deficiat congrua sustentatio ex bonis
Ecclesie; quia veniet lesio iuris divini et au-
toritatis, supra quod nihil Papa potest: et om-
nino, quia deficiat iusta causa, qua defici-
ente in principio contractus, iste esset nullus:
ergo quoque est talis, si veniat tempus, et
veniret iusta causa, que contractum valida-
bat. Passey. cit. n. 292. Vide dicta supra
n. 44. Vide quoque n. 47. et ibi dicta de co-
positione inter clericos facta sine consensu Episc.
hic idem dicendum est de factis in Parinacium
et laicis, sine consensu Papae, et tenet P. Ant. cit.
n. 102. cū Argo, Bonac. et Leon.

consuetudo praescripta

Maxime facit ad eam, in hac materia de decimis; quia cum consuetudo habeat vim legis, ex cap. fin. de consuetud. et alij iuribus, ita ut si sit legitima, id est si fuerit cum observantia, conditio requisitorum, nempe quod sit rationalis, voluntaria, universalis, longaeva, frequens in actibus, et approbata velim facta a legislatore vel superiore; potest introducere quidquid potest leges condere, ex l. si quispiam, de divers. et temp. praescript. l. 1. C. de leg. iij. Consequenter, sicut Papa potest condere legem vel privilegium exemptivum a solutione decimarum, vel acquisitionem cartae; ita consuetudo potest introducere exemptionem a decimis, et acquisitionem eorum, si requisita et diuturnitatem habeat pro stabilitate et legitimitate. Hoc et communiter, proest de hac materia tradant D. Pant. cit. l. 3. disp. 4. sol. 3. Passer. ad tit. de decim. art. 63. Fyrm. hic lib. 3. cap. 1. Juvenc. tom. 2. moral. l. 1. disp. 5. cap. 4. Silhuc. l. 2. 27. cap. 7. a n. 202. Bonac. hic disp. Ut. 9. §. 1. to §. a n. 5. et alij. Dicit de consuetud. par. 1. c. 2. a n. 35. §. 2. Pro tempore requisita ut consuetudo praescribatur, attendi debet, an ea sit derogativa

Quintum Ecclesie Præceptionem

juris divini, et hoc nunquam præscribitur, sicut
legislator non potest illud immutare. Bonac.
cit. n. 2. §. d. Passer. cit. n. 263. Indivisi-
bilis laicus potest consuetudine ad huc immuta-
bile præscribere jus primariorum decimarum;
quia, ut dicitur est, et jus spirituale laici in-
petitur: nec præscribere decimas solvendi vel
acquirendi, non velida pars pro congrua
Parochia; vel ratio, si iste ex homine Ecclesie
non congruus habeat, cuius ex proprio bo-
nis sit dives, quia de jure divino debetur il-
li congrua, ut dictum est, de altari quod ca-
vit. J. J. cit. n. 30. Passer. cit. n. 263. et
et dicitur quod citat. Torres. cit. n. 20.

§ 3 Habendo autem Parochus congrua
sustentatione sive ex quota decimarum, sive
ex aliis ecclesiasticis proventibus, potest qui-
libet sive ecclesiasticus sive laicus consuetudi-
ne præscribere exemptionem solvendi deci-
mas sive in totum sive in partem; imp. et ac-
quisitio habeat decimarum si est ecclesiasticus,
non vero si est laicus; ratio prima est, quia
tale jus decimarum est quoad quædam et de ju-
re humano, quod consuetudine præscribi po-
test, et dicitur est: et ratio secunda est, quia jus

petendi decimay ab episcopialia, et sic competere
 Ecclesiastica, et incompetere laico. ¶ Ant. cit.
 n. 1. ¶ Summ. cit. h. 12. et 20. Secund. cit.
 n. 30. ¶ de Proc. Summ. et alij. Passer. cit. n. 263.
 286. et quoniam laicos n. 289, et seqq. ¶ Tho.
2. 2. q. 87. art. 1. ad 5. et habetur in cap. Cum
saum, que, 7. de Prescript. et ibi Bartol. de laere. cit.
 2. Quod si dicat, sicut laicay longo tempore
 potest non reddere decimay, ita eodem potest
 eay petere: ergo si non reddendo, prescribit;
 quare non prescribet petendo. Dico quod qui
 de nomine proprio potest non reddere, sed
 nunquam proprio potest petere, sed nomine
 Ecclesie; ad prescriptionem autem requiritur
 propria possessio, et aliena non sufficit; unde
 qui nomine procuratorio aliquid habet, nec
 quod quoad se potest prescribere, sed prescrip-
 tio spectabit ad eum cuius nomine petere debet,
 habetur in cap. Si diligenti, 17. d. tit. et ibi
 cum multis Bartol. n. 2. Passer. cit. n. 296.
 14. Sequitur quod Ecclesia que cegas ab no-
 mine proprio decimay possidere, potest eay com-
 munitate prescripta acquirere; ex cap. Cui contin-
 gat, 29. de Decim. et ibi Bartol. n. 2. et cap. In
 auras, 6. de Prescript. ubi expressè habetur,

Quintum Ecclesie Praeceptum

ma Ecclesia contra alia posse prescribere decimas proprii alterius parochiae, quia dicit textus, quod est melior conditio possidentis. Passer. cit. n. 297. ubi dicit non esse difficultatem si Ecclesia possidens sit parochialis: et non est certum, si non sit parochialis, et sufficiat Religiosorum, vel si possessor sit Clericus non Curatus. Lagund. cit. n. 35. tenet negativam, nisi simul acquirat Clericus ille vel Contus, in parochia. Passer. tenet affirmativam, sine tali addito, n. 299. Ratio negativae est, quia nunquam quis habere potest jus ad decimas, nisi simul habeat jus parochiae, et serviat parochiano in administratione sacramentorum, in quo tale jus consistit; ad hoc enim sunt a jure divino et naturali instituta decimae, ^{rei sacrae} pro sustentatione ministri de administratione; et a jure canonico quata pro eodem fine: et hoc est tantum requiritur ut quis de jure valeat percipere decimas; sed simplex Clericus, et Monachus Religiosorum, non habere possunt tale jus, nisi ex prescriptione, vel ex concessione seu privilegio, quae equiparantur: ex eo nisi h. Ratio affirmativa est, quia ad prescriptionem non requiritur titulus certus, sed sufficit probabilis,

et putativus, ut tenet Alas. in cap. de quarta
de Prescript. ver. de pose. et habetur in
l. Calvus, ff. de Vnicap. Nota de iis. 458. n. 23.
par. 1. vocant. et tenet Paves. in d. cap. Epus,
l. de d. tit. quid si requiratur verus ti-
tulus, non esset necessaria prescriptio firma-
ria possessionis, que sufficienter firmatur e.
titulo. sed d. Clarus, et Monasterii. ponit in-
ter decimas parochialibus gaudere titulo pro-
babili, vel putativo, sive credito. bona fide,
orta ex antiqua possessione: ergo ff. Hinc
de heres, quia alij illi non essent capaces
et ex privilegio obtineant decimas, si non sunt
capaces obtinere ex prescriptione, que aequi-
paratur privilegio, ut tenet Paves. in d. cap.
de quarta, n. 4. nec unus Parochus possit
prescribere decimas contra alium Parochum,
quia deficeret illi bona fides orta ex titulo
certo, contra dispositum in cap. 1. de Prescript.
ubi statuitur, Epus contra Epus posse prescribere,
quod communiter tenetur d. Ant. cit. n. 163.
et habetur expresse in cap. d. ad quos, et ibi
n. 3. Bagas. ubi nota, Covar. d. alij.

§§ Longitudo consuetudinis et prescribitur, ex-
 emptio solvendi decimas a quocunque etiam laico

Quintum Ecclesie Præceptum

debetur solvere, requisitus quod sit per 40. annos,
si recipit jure commune, capite, quia quilibet et ca-
pax exemptionis, et cum hac prescriptio sit contra
Ecclesiam, que requirit spatium 40. annorum, ex cap.
D. Ad amos, C. de prescript. et ibi Barb. n. 7.
habet temporis requisitus. Papez. cit. n. 224. Ja-
quand. cit. cap. 1. n. 7. P. Ant. cit. n. 170. Unde de
cime unius parochie, que consuetudines recipi-
untur ab alia parochia, si hæc receptio duca-
verit per 40. annos, prescribentur à parochia
recipiente; in quo non est dubium. Solum est du-
bium à gravibus auditoribus m. h. b. quod si con-
suetudo recipiendi hæc decime fuerit in una par-
ochia respectu proprii intra terminos existenti,
alterius parochie, sufficit longitudo temporis
decennalis, quia dicunt quod non est prescrip-
tio rei contra jure, sed prescriptio jure, quando suf-
ficiat decennalis pro prescriptione: sed fallun-
tur; quia juxta cap. Cum in tua, 30. de de-
cim. in fine, ibi = alioquin parochianorum ec-
clesiis persolvantur, ad quæ de jure commune spe-
tat prescriptio decimarum = de jure commune ad par-
ochianam Ecclesiam decime spectant: ergo prescrip-
tio contra talis parochianam, est contra jure commune;
ergo prescriptio contra jure commune Ecclesiam,

debat esse quadragessimam, si dicitur esse et concordat
 ipsi aduersarij: ergo h[ic] in quo maxime fuit
 textus cap. Ecclesie, et cap. benedictus adducti su[n]t
 p[er] n[um] 33. vide ibi. Jacund. citat n[um] 2. Passerit.
 n[um] 226. Qui respondent ad textus cap. De Aposto-
 lico, et de Decimis, ubi dicitur tunc esse de-
 cimas sibi parochijs ubi computatione diei s[er]u-
 tu dabitur, et dicunt oram deterrere per h[ic]
 die esse tempus decimale, sed legi s[er]uatur,
 quod in materia decimarum iuris alio textu est.
 et legitur 40. annorum, quod caput illud non
 derogat, sed ad rem potest intelligi. quod mi-
 nus tempus 10. annorum non sufficit, sed ad de-
 beat p[ro]cedi 40. anni, inclusum in eo cap. re-
 linq[ui]tus.

§ 6. Si autem fuerit prescriptio contra Ec-
 clesiam Romanam, requirit spatium 100. annorum,
 ex cap. Ad audientiam, 13. de Prescript. et cap.
 de vobis, 14. eod. tit. et cap. Si qui, 2. eod.
 tit. in 6. habetur in Auth. Romana Ecce-
 sia ubi Imperator priuilegit ad Ecclesiam
 supra alias tanquam eorum misericordis ma-
 ter, et si contra illam currezere debet 40. anni,
 contra Romanam currezere oportet tempus legi-
 tissimum, quod est centennium. Verb. in h[ic]

Quinti Ecclesia Pizcapum
capilibus. Pader. cit. n. 200. et communiter
omnes. Videantur dicta in 2. Pader. Decal.
lit. hujusmodi dicitur infra, terminando, in
§. 224. n. 29. ad n. 20. ubi satis de Pres-
criptione ad que me veniit.

57 In pertinentibus autem ad decimas
que sunt preter jus, prescribitur consuetudo
per spatium 10. annorum; quia ad talem con-
suetudinem inducenda, sufficere longum tempus
jura decemunt; sic l. 1. §. de Aqu. plu. arcan.
l. 2. C. de servit. l. 1. C. huc, in long. con-
suet. et l. Sed ea que, ff. de leg. ; sed longum
tempus esse decennium, jura prescribuntur C.
de presc. long. temp. et l. si est fidei commissa,
§. Anit. ff. de uni et a quibus, et §. 4. in l. tit.
de uncap. ergo ff. de presc. in cap. Consuetudi-
nem, l. de Consuetud. in 6. pag. 262. n. 222.
cetera; Dico. Hohier. Navar. et alij.

58 Unde, consuetudine decennali potest pres-
cribi circumstantia temporis in quo decime sol-
vende sint; et circumstantia loci ubi solvantur,
in aera nempe vel domo Parochi; et circumstan-
tia experientie, an solventis, vel recipientis; et
circumstantia nominationis, an moneri debeat Par-
ochus, vel an iste debeat petere; et circumstantia

modi dandi decimas, an de cunctis, vel facta
 separatione, a 9. partibus. An sibi debeat de-
 cima, in his rebus, et non in alijs; an in pop-
 ulis, an in specie fructus; in hac vel illa
 mensura; hac vel illo modo, et similia.
 Sic Rayn. in hoc tit. de decimis est. n. 263.

Consuetudo Majoricæ

Secundo est, primo quod decime personales non
 solvantur, et hæc in No. orbe servari extinda
 sunt, et dicitur per Rayn. n. 9. Secundo quod de-
 cime prediales, et mixte, solvantur de fructibus
 terre arboris et animalium. terre, nempe de fru-
 mento, oris, avena, de omnibus leguminibus,
 lino, cannabe, et omni genere. Secum, vulgo Verh:
 de arboribus, nempe de olivis, racemisque vi-
 nearum, et de animalibus, nempe agnis, et arci-
 bus; ut id dicitur, l. 3. de Con. disp. 2. de ludi-
 9. n. 13. Solvantur ex agris collectis in cam-
 pis, copiosis decimas accipientibus, qui
 curare debeat eos colligendi, alij rema-
 nent in eisdem campis, et si sunt racemo-
 rum monentur recepturi. Solvanturque sic
 una rebus novem partibus in aliquibus
 locis, in alijs decem et novem rebus; in

Quintum Ecclesie Præceptum
alijs 6. redidit, et in alijs alio modo.
Ex his decimarij, medietas reservatur pro
Rege, alia pro Ecclesia, que pars re-
partitur Ep̄s, Capitulo, dignitatibus, et Par-
rocho, præterquam aliquando Villanis, que
rum decimæ integre remanent Ecclesie,
ex concessione Regia pro dote dignita-
tionum et alijs 4. canonicatum. Alia
pars regali scribitur regali patrimonio,
et aliquibus particularibus pro caval-
larijs in dno Rege institutis cum obliga-
tione certa inter eos data. Duo sub
titulo habeant Reges Aragonie p̄p̄ cingē-
di et accipiendi decimæ in hoc Majori-
canti Regno, videantur dicta de Bengi-
is praḡm. 3. n. 24.

Pœnx

Contra non solventes decimas sunt cen-
 suræ delesiaticæ combinatæ in Conc. Trid. 15.
 24. cap. 12. in Bula coenæ, can. 12. In cap.
Statutum 155. et 156. l. In cap. Paruereit, 5. Nux-
tius, 6. Ad hęc, 15. Ex parte, 21. In aliqui-
bus, 32. et Cum non, 33. de Decimis. Et con-
 tra eadē delictum excommunicatio ipso facto
 incurrenda, in Synodo Majoricani antiquo
 et recentiori, de quo vide 12. de cens. 3. disp.
 2. dilucid. 9. à n. 8. ubi latè de hac censura,
 et de peccato mortaliter perpetrato à dicto non
 solvente statim et fructus collecti sunt et ibi
 explicatè est h. statim quomodo intelligatur:
 et de hoc vide ~~reversus~~ supra à n. 21. sub titulo
Tempus solvendi. In Clem. Religiosi, 1. de Deci-
mis, et Cupientes, 3. de Poenit, de quibus vi-
de cit. lib. de Cens. 12. 1. disp. 2. dilucid. 7. à n.
19. ad 23. In extravag. Suppositi regimini, 2.
Joan. 22. de Eled. et Ne sede vacante, Con-
min. Joan. ciudè, de quibus lib. cit. 12. 3. disp.
3. dilucid. 2. n. 22. et 23. Topocilla tom.
2. Moral. 12. 1. disp. 5. cap. 4. Bonac. in disp.
12. 9. 5. pto 2. Ant. cit. 12. 3. disp. 4. 1. 10.

Quintum Ecclesie Præceptum
Primitiæ.

61 In lege veteri dari deo ab ipsa deo præceptum fuit, et habetur Exodi 22. 19. ubi dicitur
Primitiis fructuum terræ meæ dabo in de-
quod dñi; et alij locj Sac: script. sic apparet.
Et quod in lege nova, tale præceptum illi ce-
remoniæ jam non ducit, nihilominus Ec-
clesia vi juris canonici revalidavit, seu orati-
onem dicitur, de novo præcepit. et habetur in
cap. Decimarum, 1. 16. q. 2. ubi Opportet autem
congruentius nos decimas et primitias, quas
jure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo
accipere. et alij juribus.

62 Et sunt tales primitiæ, primi fructus sive ter-
ræ, vel arborum, sive animalium, vel hominum: non
illi qui sunt optimi, sed illi qui sunt primi, et
habetur in cap. 13. Numer. 18. ubi: Universa
fructus initia - et quicquid primus erigit de
terra.

63 Quæ distinguuntur à decimis; quia istæ sūt
decima pars fructuum; et illæ sunt quæ primò in
sua procedunt ab ipso determinatione quædam
de Ecclesiis: istæ tantum sacerdotibus primariò,
et secundariò deo; et illæ contra.

¶ Et tamen non est in hoc immorandū; quia

hoc præceptum communi consuetudine ablatum
 atque sic jam non videtur Parochis primitiis
 sed tantum decimis, in quibus primitiis, confun-
 duntur. P. Ant. à sp. d. de decim. tr. 3. disp.
 4. sect. 11. Bonae. tom. 2. tr. de Reg. Eccl.
 disp. ult. q. 5. p. 1. tit. Fellic. tr. 22. cap. 2. à
 n. 141. ad 144. Jagund. tom. de Reg. Eccl. lib.
 4. c. 1. Papez. 5. par. 1. tit. Ferracil. tom. 2. ma-
 ral. tr. 1. disp. 5. cap. 6.

Oblationes

Quæ sunt donativa oblata Deo aut Eccle-
 siæ, sumpta generaliter pro omnibus donatis, quæ
 sint in rebus, vel in modis, et speciatim pro
 eo quod offertur inter celebrationem Sacramenti
 Missæ, et vulgò dicitur offerta; non sunt de
 jure sub præcepto, quia quædam offeruntur ali-
 qua quæ, et apparet, et præcipiant, nempe cap.
Omni Christianus, c. 9. de Consec. dist. 1. Verbi
 ceterum = Omni Christianus procuret ad Missa-
 rit solemnè Deo aliquid offerre, et ducere in
 memoria illius quod dicitur ad Moysen dixit:
non apparebit coram me vacuum = Exodi 16.
 et in cap. Statuimus, c. 5. q. 1. ubi dicitur
 = Statuimus ut si quis ad Oblationes Ecclesiæ, quæ
 populo dare debet, non teneri contendant, com-

Quintum Ecclesie Præceptum

munione privatus = tamen tenetur et non te-
neri de jure, sed tamen si extoret conuictus, et
hinc infra præceptis traditi cap. Statuimus; vel
si extoret conuictus inter populum et Parrochum;
vel si preceperet testamentis vel donatio alicu-
ius pri. fidelis; vel si Parrochus pro congrua
oblacionibus indigeret: et forte aliquo motivo
ex dictis, hinc infra cap. cit. Statuimus, et à
Parrocho et Ep̄o posse compelli ad tales oblatio-
nes offerendas, ita, si ministris eius sustentantur.
¶ Oblaciones debentur Parrocho, cui deci-
me debentur; quia eorum est decimæ carere
paritatem, cum pariter cū decimis præcipian-
tur in jure, vel manentur: ita ut oblati in sa-
calloposito vel capella vel oratorio, vel etiam
Monasterio intra terminos parochialis, Parrocho
debentur; nisi adsit privilegium Pontificij, vel ni-
si dentur ad fabricam consuetudinam, vel in cul-
tum externum alicuius Sancte imaginis, vel
nisi interdicta præscriptio. Hoc dictum videtur in
proxima in hoc ss. M. viz. Carmelitanæ Conue-
ntus, de solutio Parrocho Parochialis Sancti Michaelis
Archang. huius Civitatis Majoricæ, ubi gra-
tia dei recepti Baptismus anno 1646. diei Abey
monach. Majoricæ. omni anno in die Purificationis

Sine pro⁹ Vix. Maria, pro officio in
 Ecclesia vestra annuo dabo a fidelibus. Hic
 libras dabo Hospitali Sancti Antonij. Hieronymi,
 et in iudicio confidendum causa cognita. Sicut ab
 eis presbiteris liberatis. Videantur Andreas cit.
 n. 64. Et pro Oblationibus mortuorum, operibusq.
 pijs videantur dicta. xxij. de Curia, §. iij.
 Dilucid. 9. a. n. 14. Ubi de 3. capit. Synod.
 Majoricensi contra executores operibus vestris.

Protellatio

Et quoniam hinc 9. preceptum Sancti Ma-
 rti Ecclesie, sine vult, cum de Oblationibus
 suo dandi pro vobis suorum ministris, venit
 sine meo vultu que distinxit labia mea,
 psal. 65. v. 13. que vultu distinxit vel clamore
 meo scripta reddom et reddo tibi. De causa
